Zum 1. Teil (S. 309)
Zum Inhaltsverzeichnis

44. ANALYSEOS TETRAGONISTICAE PARS TERTIA

1. November 1675

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 VIII 18 Bl. 3. 1 Bl. 2°. Ca 1 2/5 S. Das zweite Blatt des ursprünglichen Bogens hat Leibniz in hannoverscher Zeit mit Aufzeichnungen zur Infinitesimalrechnung beschrieben und abgetrennt (Cc 2, Nr. 847; Druck in einem späteren Band der Reihe). Nach Tinte und Duktus ist dabei wohl auch die Anmerkung Z. 19 f. verfasst worden. — Gedr.: 1. Gerhardt, *Brief*, 1851, S. 354–358; 2. Gerhardt, *Analysis*, 1855, S. 127–131; 3. *LBG*, 1899, S. 157–160; 4. (engl. Übers. von 1.) Child, *Early mathematical manuscripts*, 1920, S. 84–90.
Cc 2, Nr. 1106_1

1. Novemb. 1675

A n a l y s e o s T e t r a g o n i s t i c a e p a r s I I I.
U s u s C e n t r o b a r y c a e



fig. 1.

Diu est quod observavi dato curvae ABC vel figurae curvilineae $DABCE$ momento ex duabus rectis inter se parallelis ut GF, LH; (vel $MN.PQ.$) haberi aream figurae, quoniam duo momenta different inter se cylindro figurae cujus altitudo distantia

---

12 f. *Rechts daneben:* Prima erat 25. Octob. 2^{da} 29. Octob.
Unter Fig. 2, in anderer Tinte u. anderem Duktus: Scheda 2^{da} notanda de differentiali calculo tunc mihi rudius cognito, et satis tantum quantum ad scopum.

13 U s u s C e n t r o b a r y c a e *erg. L*

---

15 observavi: vgl. z. B. VII, 4 N. 45 S. 767. 18 Prima: N. 38; 2^{da}: N. 40.

parallelarum. Hoc verum est in omnibus progressionibus, sive Numericis sive linearibus. Id est etiamsi non adhibeantur figurae curvilineae sed polygona ordinata. Id est tametsi differentiae inter terminos non sint infinite parvae. Sit quaelibet quantitas ordinata, ut z. sit numerus ordinalis x. erit $b\,\overline{\text{omn }\ z}\ \sqcap - \text{omn }\ \overline{zx} + \text{omn}\,\overline{z \frown x+b}$. idque per se patet ex solo calculo. Ope hujus regulae inveniuntur summae terminorum progressionis Arithmeticae replicatae reciprocae. Et haec multiplicatio locum habet, cum quaeritur momentum ordinatarum ex recta ad axem perpendiculari.

Sed si quaeratur momentum ex alia recta, regula generalis haec est: ex quantitatum quarum summae momentum quaeritur, singularum centris gravitatis ducatur perpendicularis ad rectam librationis. Summa rectangulorum sub distantiis sive perpendicularibus et quantitatibus aequabitur momento ex recta data. Unde si sit recta aequilibrii axi eadem, statim sequitur momentum figurae ex axe, aequari summae quadratorum dimidiatorum. Et cum axi parallela est, ab eo differre data quantitate: sed sumamus aliam rectam in circulo exempli causa fig. 2.



[*Fig. 2*]

Sit quadrans $ABCD$. vertex A. centrum D. Detur alia recta EF. ita scilicet, ut data sit DF perpendicularis et FE quo diameter ei occurrit, adeoque et DE. Sit ordinata

1 parallelarum. *(1)* | Hinc si qva *streicht Hrsg.* | sit series *(2)* Hoc *L* 4 † omn $\overline{\text{zx}}$ † omn $\overline{\text{z} \frown \text{x} + \text{b}}$ *L ändert Hrsg.* 6 reciprocae. *(1)* Sed si *(a)* numerus non sit *(b)* momentum qvaeratur *(aa)* in plano *(bb)* ex rectae in in eodem plano sitae non axi perp *(2)* Et *L* 10 rectam *(1)* (planum in solido *(2)* aeqvil *(3)* librationis. *(a)* Harum *(aa)* summa *(bb)* in ipsas datas ductarum summa *(b)* summa *L* 16 vertex | B. *ändert Hrsg.* | centrum *L*

5 inveniuntur: s. VII, 3 N. 38_2 S. 384.

circuli HB. cujus dimidium punctum L. Ducatur LM perpendicularis ad FE. patet $\bigtriangledown^{\rm la}$ EFD. et EMN (N punctum intersectionis ML. AD) et LHN esse similia. Sit $HD \sqcap x$. erit $HL \sqcap \frac{y}{2} \sqcap \frac{\sqrt{a^2-x^2}}{2}$. Jam ob triangula similia $\frac{NH}{HL} \sqcap \frac{DF \sqcap d}{FE \sqcap f}$. Ergo $NH \sqcap \frac{d}{2f}\sqrt{a^2-x^2} \sqcap \frac{y}{2}\,\frac{d}{f}$. Ergo $EN \sqcap DE\,(\sqcap e) - HD\,(\sqcap x) - NH\,(\sqcap \frac{d}{2f}y)$. Ergo $EN \sqcap e - x - \frac{dy}{2f}$. Jam $NL \sqcap \sqrt{NH^2+HL^2} \sqcap \sqrt{\frac{d^2}{4f^2}y^2+\frac{y^2}{4}} \sqcap \frac{y}{2}\sqrt{\frac{d^2}{f^2}+1}$. et $\frac{MN}{EN} \sqcap \frac{NH}{NL}$. sive $MN \sqcap \frac{NH, EN}{NL}$. adeoque $MN \sqcap \dfrac{\frac{yd}{2f}, \frown\, e-x-\frac{dy}{2f}}{\frac{y}{2}\sqrt{\frac{d^2}{f^2}+1}} \sqcap \dfrac{d}{f\sqrt{\frac{d^2}{f^2}+1}}\;\overline{e-x-\frac{dy}{2f}}$.

et $ML \sqcap MN+NL \sqcap \dfrac{d}{f\sqrt{\frac{d^2}{f^2}+1}}\;\overline{e-x-\frac{dy}{2f}} + \frac{y}{2}\sqrt{\frac{d^2}{f^2}+1}$. ($e \sqcap \sqrt{f^2-d^2}$[)] sive

$ML \sqcap \dfrac{d\,\overline{\sqrt{f^2-d^2}-x-\frac{d}{2f}y}+\frac{d^2+f^2}{2f}y}{\sqrt{d^2+f^2}} \sqcap \dfrac{d\,\overline{\sqrt{f^2-d^2}-x}+\frac{f}{2}y}{\sqrt{d^2+f^2}}$. Qui calculus cuilibet curvae communis est sumta semper x. pro abscissa, et y pro ordinata.

Rectangulum ergo sub ML et $HB(\sqcap y)$ sive momentum cujusque ordinatae ex recta EF ponderatae sive ωa erit $\sqcap \dfrac{d\,\overline{\sqrt{f^2-d^2}y-xy}+\frac{f}{2}y^2}{\sqrt{d^2+f^2}}$.

2 ML. *(1)* ND *(2)* AD) *(a)* esse *(aa)* communia *(bb)* similia. Ergo *(b)* et *L*   11–313,1 erit $\sqcap$ $\left|\dfrac{\mathrm{d}\,\overline{\sqrt{\mathrm{f}^2-\mathrm{d}^2}\mathrm{y}-\mathrm{xy}+\frac{\mathrm{f}}{2}\mathrm{y}^2}}{\sqrt{\mathrm{d}^2+\mathrm{f}^2}}\right.$ *ändert Hrsg.* $\Big|$. *(1)* Unde patet ad habendum curvae momen *(2)* Ergo *(a)* | ex *streicht Hrsg.* | dat *(b)* omn. *L*

7 $e \sqcap \sqrt{f^2-d^2}$: Richtig wäre $e \sqcap \sqrt{f^2+d^2}$. Leibniz rechnet konsequent mit dem falschen Wert bis S. 313 Z. 17; dies beeinträchtigt jedoch nicht die allgemeinen Überlegungen.

Ergo omn. ω. habebuntur ex datis omn. y. omn. xy. et omn. y^2. vel etiam si ex his quatuor dentur tres dabitur quartum. Jam omn. xy. aequantur momento figurae ex vertice. omn. y^2. aequantur [duplo] momento figurae ex axe. Ergo datis tribus figurae momentis, ex duabus scilicet rectis inter se perpendicularibus, et tertia qualibet datur ejus area. Sed hoc tamen theorema minus generale est, quam prius in prima hujus Schediasmatis pagina, ubi nihil refert quis sit angulus rectarum, modo dentur tria momenta. Intelligitur autem semper, in eodem plano. (Hoc interim theorema sufficit ad curvam Hyperbolae primariae.[)] Si f sit infinita seu si FE et ED. parallelae, fiet $dy + \dfrac{y^2}{2} \sqcap \omega a$. quod dudum constat.

Notandum diversis calculis hac schediasmatis plagula, et prima[,] aream quantitatis cujus centrum gravitatis (etsi NB. non ipsa tota) in plano dato positum est, ex datis tribus momentis ex tribus ejusdem plani rectis inveniri. Unde videndum an non comparati inter se eventus quiddam novum praebeant. Si non figurae sed curvae ut omnium BP, PC etc. momenta quaerantur ex punctis $B. P. C.$ tantum ad rectam dimittendae perpendiculares sive ordinatae. Nihil enim refert ex extremo an medio ipsius BP. v. g. ducantur, differentiae enim infinite parvae inter duas ejusmodi perpendiculares. Ergo curvae elementum appellando z. momentum curvae ex recta EF, fiet: $\dfrac{d\sqrt{f^2-d^2}z - dxz + fyz}{\sqrt{d^2+f^2}}$.

Pleraque theoremata Geometriae indivisibilium quae apud Cavalerium, Vincentium, Wallisium, Gregorium, Barrovium extant statim ex calculo patent, ut v. g. perpendi-

---

7 f. *Am Rande:* NB. ista ad curvam si applicentur, [*bricht ab*]

5 Sed *(1)* hic calculus tamen minus *(2)* hoc *L* 13 praebeant. *(1)* Vel ideo qvoniam duorum v. g. in curva *(2)* si *L* 19–314,1 v. g. *(1)* superficiem ex axe aeqvari summae superfici *(2)* perpendiculares *L*

---

5 f. prima . . . pagina: N. 38 S. 267 Z. 2–4. 18 Cavalerium: B. Cavalieri, *Geometria indivisibilibus promota*, 1635. 18 Vincentium: Gr. de Saint-Vincent, *Opus geometricum*, 1647. 19 Wallisium: J. Wallis, *Arithmetica infinitorum*, 1656 (*WO* I S. 355–478); *Mechanica*, 1670–1671 (*WO* I S. 570–1063). 19 Gregorium: J. Gregory, *Vera circuli et hyperbolae quadratura*, 1667; *Geometriae pars universalis*, 1688; *Exercitationes geometricae*, 1668 [Marg.]; vgl. N. 47. 19 Barrovium: I. Barrow, *Lectiones geometricae*, 1672 [Marg.]; vgl. N. 43.

culares ad axem aequari superficiei seu momento curvae ex axe; patet calculo. Nam invenies perpendicularem aequari rectangulo ex curvae Elemento in ordinatam. Talia igitur theoremata non aestimo, quemadmodum illa quoque de applicationibus interceptarum in axe, (inter tangentes et ordinatas) ad basin. Talia ergo theoremata nihil novi detegunt; nec nisi calculi compendias praebent. At meum theorema de dimensione segmentorum rem detegit novam, quia spatium cujus quaeritur dimensio aliter resolvit, nempe non tantum in ordinatas sed in triangula. Centrobaryca etiam forte aliquid detegunt novum. Poterit forte facilis methodus tradi, qua sine figuris calculo deducantur ex figura quae ex ea pendent. Gregorii theorema, de ductibus parabolarum subalternis aequalibus cylindro patet statim ex calculo[,] nam circuli ordinata $y \sqcap \sqrt{a^2 - x^2}$, id est $\sqcap \sqrt{a+x}$ in $\sqrt{a-x}$, eodem modo $\sqrt{2av - v^2} \sqcap y$. ergo $y \sqcap \sqrt{v} \frown$ in $\sqrt{2a-v}$. quae duo eodem redeunt.

Si eadem ordinata y per quandam quantitatem z, multiplicetur, et postea per eandem z † cognita sive constante b, erit differentia summarum productorum aequalis cylindro figurae: ut $zy,, - zy + by \sqcap by$. Hoc etsi per se manifeste pateat in genere, applicationes tamen non semper manifestae, sit v. g, $\dfrac{x^2}{ax - b^2}$. id est $\dfrac{x, x}{\sqrt{ax} + b, \sqrt{ax} - b} \sqcap y$. multiplicando per $\sqrt{ax} + b$ fiet $\odot$ $\dfrac{x^2}{\sqrt{ax} - b}$. et multiplicando per $\sqrt{ax} - b$ fiet: $\dfrac{x^2}{\sqrt{ax} + b}$ ☽. Quoniam autem pro $\dfrac{ax^2}{ax - b^2}$, fieri potest $x + \dfrac{b^2 x}{ax - b^2}$ quae pendet ex quadratura hyperbolae, itaque una ex his duabus data, ☽. et $\odot$. dabitur et altera supposita hyperbolae quadratura. $\dfrac{x^2}{\sqrt{ax} + b} \sqcap x\sqrt{ax} - \dfrac{bx\sqrt{ax}}{\sqrt{ax} + b}$.

---

14 f. *Dazu am Rande:* Idem est si sit $z + b$ et $z + d$.

1 f. calculo *(1)*, si valorem super *(2)* nam invenies *(a)* superfi *(b)* perpendicularem *L*

---

5 theorema: vgl. VII, 4 N. 39_1 S. 617–620. 9 Gregorii theorema: Gr. de SAINT-VINCENT, *Opus geometricum*, 1647, lib. VII, prop. LXXXIV, S. 762 f. 20 $\dfrac{x^2}{\sqrt{ax} + b}$: Es müsste $\dfrac{ax^2}{\sqrt{ax} + b}$ heißen.



[*Fig. 3*]

Suppone curvae cuidam in aliquo plano positae $BCDE$, in punctis C, D, E, imponi alterius curvae FGH ordinatas, perpendiculariter ad planum, et ita ut medium ordinatae punctum incidat in planum. Patet ipsas LC, MD, NE, ductas in FL, GM, HN, id est in $C. D. E$, impositas curvae $BCDE$ seu rectangula, FLC, GMD, HNE, sive ductum horum duorum planorum in seinvicem, aequari momento omnium LC, MD, NE, etc. Unde si PR sit alius axis et intervallum a QL. recta PQ. momentum ex PR, differet a momento ex QL, cylindro ipsarum LC, MD etc. in PQ. Quod si jam tum ex recta PQ

3 *Über* perpendiculariter: (imo et aliter)

7 si *(1)* PQ sit recta constans, et momentum ex *(2)* PR *L* 7 a | QE. *ändert Hrsg.* | recta *L*

6–8 momento ... PQ: Die Produkte $FL \cdot LC$, $GM \cdot MD$, $HN \cdot NE$ etc. geben nicht das Moment der LC, MD, NE etc., sondern dasjenige der mit ihrem Schwerpunkt nach C, D, E etc. verschobenen Längen FL, GM, HN, etc. bzgl. der Achse QL. Dementsprechend unterscheiden sich die Momente bzgl. der Achsen PR und QL nicht um das Produkt des Achsenabstandes PQ und der Längen LC, MD, NE etc., sondern um dasjenige von PQ und den Längen FL, GM, HN etc., d. h. der längs der Kurve CDE errichteten krummlinigen Fläche.

tum alias ex alia recta ut TS. aliud haberetur momentum ejusdem figurae ordinatarum LF, in C impositarum, tunc haberetur etiam cylinder omnium LF. quod probo: Quia appellando QL, x. CL, y. erit $TC \sqcap \frac{f}{a}x + \frac{g}{a}y + h$. quae ducta in ipsam z. dabit: $\frac{f}{a}zx + \frac{g}{a}yz + hz$. Jam zx. datur, supposito momento ex PQ. quod semper idem sive sint ipsae z. ubi erant in LF, MG, etc. sive sint positae in C. D. E. Datur et yz. sive rectangulum pro FLC, sive ductus ex hypothesi. Ergo si detur adhuc unum momentum, ordinatarum curvae in C. D. E impositarum, sit ipsum aequale $\frac{f}{a}zx+\frac{g}{a}yz+hz$. dabitur hz. seu cylinder quaesitus. Hinc eligendae curvae $BCDE$, tales, ut per diversas earum ordinatas vel in axem QL, vel in axem TS. multiplicari possint ordinatae curvae datae, cum utilitate quadam seu simplicitate. Ad quod eae curvae utiles, quae plures habent axes utiles, ut Hyperbola Circularis, seu primaria quae duas habet asymptotos, et axem, et axem conjugatum.

---

3 *Am Rande:* LF, vel $MG \sqcap z$.

1 ejusdem *(1)* curvae qvae eodem modo p *(2)* figurae L

45. LINEA BERTHETIANA

3. November 1675

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 VIII 30 Bl. 12. 1 Bl. 2°. 1 S. auf Bl. 12 r°. Auf Bl. 12 v° III, 1 N. 68.
Cc 2, Nr. 1110

3. Novemb. 1675

L i n e a B e r t h e t i a n a



[*Fig. 1 , tlw. Blindzeichnung*]

7 L i n e a B e r t h e t i a n a : Leibniz hat die Bertetsche Kurve im Herbst 1673 durch J. Ozanam kennengelernt; vgl. VII, 4 N. 50 u. III, 1 N. 68 S. 308. 8 *Fig. 1*: Eine abgebrochene Vorstufe in Blindtechnik wird nicht abgedruckt. Leibniz hat für die Konstruktion teilweise die von der Rückseite durchscheinenden Linien der Figur von III, 1 N. 68 sowie Blindlinien verwendet; sie werden jeweils punktiert wiedergegeben.

De Curvis p r o t e n s i s

Linea quam R. P. Berthet imaginatus est. Centro A. radio AB. Circulus BCE. Radio AC producto adjiciatur recta CD aequalis arcui BC. Et curva quae transeat per omnia puncta D. designetur. Visa mihi est haec curva satis elegans, ac digna in qua methodos meas experirer.

Ac primum quaeramus ejus tangentem in $A(C)(D)$. Sit $A(C)F \sqcap ACD$. Jungantur $DF, C(C), D(D)$. et $(D)D$ producta occurrat diametro AB in G.

Sed brevior longe atque pulcherior constructio haec est. In producta arcus generatoris $B(C)$ tangente ad diametrum in (C). sumatur $(C)L$ quae sit ad $(C)(D)$ arcum ut DF est ad $F(D)$ id est ut DF est ad $C(C)$, id est ut AF summa arcus et radii est ad radium. Constructio ergo huc redit, in tangente ultima id est ad (C) arcus generatoris $B(C)$ producta in eam partem a qua incipit curvae generatio id est versus B sumatur $(C)L$ quae sit ad arcum extensum CF, ut FA summa arcus extensi et radii est ad radium CA. Juncta $(D)L$ est tangens quaesita ob Triangula similia $(D)FD$ $(D)(C)L$. Si curva BC non sit arcus circuli, et arcus sumatur in curvae perpendiculari producta, eadem locum

---

19 *Zur Stufe (2) der Variante, über* s i m i l i a : Error. *Dazu am Rande:* Non sunt similia, quia angulus $(D)FD$ non est rectus. At inquies parallelus est tangenti arcus circuli CL, qui normalis ad radium AC. R. Non est normalis ad hunc radium, $A(C)$.

7 f. in G *(1)* pro *(2)* qvaeratur recta AG. Habemus Triangula s i m i l i a (D)GA, (D)FD. *(a)* Ergo *(b)* item DFA, et C(C)A. Ergo $\dfrac{\mathrm{DF}}{\mathrm{C(C)} \sqcap \beta}$ $\sqcap$ *(aa)* z $\sqcap$ *(bb)* $\dfrac{\mathrm{a+z} \sqcap \mathrm{a} + \mathrm{arc\,BC}}{\mathrm{a}}$. Ergo DF $\sqcap$ $\dfrac{\mathrm{a+z}}{\mathrm{a}}\beta$. et (D)F $\sqcap$ β. Ergo (D)D $\sqcap$ $\sqrt{\beta^2 + \dfrac{2\mathrm{az} + \mathrm{a}^2 + \mathrm{z}^2}{\mathrm{a}^2}\beta^2}$ et $\dfrac{\mathrm{A(D)} \sqcap \mathrm{a+z}+\beta}{\mathrm{(D)G}}$ $\sqcap$ $\dfrac{\mathrm{D(D)}}{\mathrm{(D)F} \sqcap \beta}$ et DG $\sqcap$ $\dfrac{\mathrm{a}\beta + \mathrm{z}\beta + \beta^2}{\mathrm{(D)D}}$ $\sqcap$ $\dfrac{\mathrm{za} + \mathrm{a}^2}{\sqrt{\mathrm{a}^2 + \boxed{2}\,\overline{\mathrm{a+z}}}}$ *(aaa)* Ergo $\dfrac{\mathrm{DG}}{\mathrm{z+a} \sqcap \mathrm{DA}}$ $\sqcap$ *(bbb)* Itaqve per punctum *(ccc)* Itaqve per punctum curvae D ducatur recta arcus | circuli, *gestr.* | generatoris tangenti CL parallela in qva sumatur HF aeqvalis radio circuli, jungatur AH fiatqve DG ad DA, ut HF ad HA, *(aaaa)* erit DG tangens *(bbbb)* centro D radio DG descriptus circulus secabit diametrum productum AB in G. erit *(aaaaa)* DG *(bbbbb)* juncta DG tangens qvaesita *(3)* sed *L*

---

6 tangentem: vgl. VII, 4 N. 50 S. 810 f.

habebit constructio. Sed punctum A. non erit constans. Sin punctum A sit constans, et arcus sumatur simpliciter in recta AC. producta, qualiscunque illa sit, tunc loco tangentis $(C)L$. dicendum est cum punctum A fixum sumendam perpendicularem ad ipsam AC.

Descriptio hujusmodi Curvarum uno tractu

Sit filum curvae circumplicatum, et in regula mobili circa centrum A, ad verticillum sive orbiculum veniens quem ambit, et inde reflexum in ipsam AC longitudinem extenditur et in quoddam mobile desinit, quod semper in repta AC progredi conatur. Mota ergo regula circa centrum A, si verticillus esset immobilis, et AC non semper eadem (quod in solo circulo contingit) alia describeretur curva, et distantia verticilli a curva protensioni arcus decederet, quas curvas etiam considerare licet. Sin vero verticillus ita sit mobilis susque deque in recta AC. ut semper sequatur curvam materialem et ea cohaereat, tunc filum evolutum a protrahente extendetur in rectam AC. et describetur curva desiderata.

Quadratura Spatii

Patet Triangula ADF spatium complere, secta ergo curva Circuli in partes aequales, patet Rectas AD crescere arithmetice, $a+z$. ponendo z. arithmetice proportionales seu arcus, ipsae autem DF sunt $\dfrac{a+z}{a}\beta$. et $\bigtriangledown^{\text{lum}}$ ADF est: $\dfrac{a+z}{a}\beta \frown \dfrac{a+z}{2}$ sive

1 *Zu* habebit: Imo non habebit.

3 *Daneben:* Error. Alio accedere debent. Nam si recta AC perpendicularis ad curvam non concurrent duae perp. in A. Si duae rectae concurrant in A. non sunt $(D)F$ et $C(C)$ aequales.

3 (C)L. *(1)* adhibenda est perpendicularis *(2)* dicendum est | cum ... fixum *erg.* | sumendam *L* 4 *(1)* Gen *(2)* Descriptio *L* 10 etiam *(1)* calculare lic *(2)* considerare *L* 12 a *(1)* protendente ext *(2)* | protrahende *ändert Hrsg.* | extendetur *L*

17 non habebit: Die verallgemeinerte Konstruktion ist zulässig, wenn A als der variable Krümmungsmittelpunkt der Kurve aufgefasst wird.

$\dfrac{a^2+2az+z^2}{2a}\beta$. Summa omnium $\dfrac{a^2}{2a}\beta$ est $\dfrac{a}{2}z$. Summa omnium $\dfrac{2a\beta z}{2a}$ est $\dfrac{z^2}{2}$. Denique summa omnium $\dfrac{z^2\beta}{2a}$ est $\dfrac{z^3}{6[a]}$. Duplum ergo Spatii $AB(D)$ est rectangulum $A(D)(C)$, auctum alio rectangulo quod sit ad ipsum ut quadratum ab ipsa $(D)(C)$ est ad triplum rectangulum $(D)A(C)$ sive $az+z^2+\dfrac{z^3}{3a}$. posita $z \sqcap (C)D$ et $a \sqcap A(C)$.

2–4 *Nebenrechnung:* $\dfrac{z^2+az}{\dfrac{z^3}{3a}} \sqcap \dfrac{3az+3a^2}{z^2}$

46. METHODI TANGENTIUM INVERSAE EXEMPLA

11. November 1675

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 V 9 Bl. 1–2. 1 Bog. 2°. 3 1/2 S. Untere Hälfte von Bl. 2 v° leer. Die verblassten Ziffern der Datumsangabe 11. Novemb. 1675 sind zu einem unbekannten Zeitpunkt von nicht identifizierter Hand (möglicherweise von Leibniz selbst) in Tinte nachgezogen worden. Dabei wurde die 5 der Jahreszahl mit einer 3 überschrieben. Es wird die ursprüngliche Datumsangabe wiedergegeben. — Gedr.: 1. Gerhardt, *Differentialrechnung*, 1848, S. 32–40; 2. Gerhardt, *Analysis*, 1855, S. 132–139; 3. *LBG*, 1899, S. 161–167; 4. (englische Übersetzung von 1.) Child, *Early mathematical manuscripts*, 1920, S. 93–103.
Cc 2, Nr. 1120

11. Novemb. 1675.

Methodi tangentium inversae exempla.

Jam superiore anno mihi proposueram quaestionem quae inter difficillimas totius Geometriae haberi potest, vel ideo quod nihil conferunt methodi hactenus vulgatae: Ejus hodie solutionem reperi cujus analysin dabo.



[*Fig. 1*]

12 f. Novemb. *(1)* 1675 *(2)* | 1673 *in unbekannter Hand, ändert Hrsg.* | Methodi *L* 15 f. Eius ... dabo *erg. L*

14 superiore anno: vgl. z. B. N. 15, dat. Dezember 1674.

Nimirum quaeritur curva $C(C)$ in qua ipsae BP intervalla ordinatarum BC, et perpendicularium ad curvam, PC, in axe $AB(B)$ sumta, sint ipsis ordinatis BC reciproce proportionalia. Sit alia recta $AD(D)$ ad ipsam $AB(B)$ axem normalis, in quam ducantur ordinatae CD ita ut ipsae AD abscissae ex axe $AD(D)$, sint ipsis BC ordinatis ad axem $AB(B)$, aequales. Erunt et CD ordinatae ad axem $AD(D)$ aequales ipsis AB abscissis ex axe $AB(B)$. Appellemus $AD \sqcap BC \sqcap y$. et $AB \sqcap DC \sqcap x$. Ipsam BP vocemus ω et ipsam $B(B)$ vocemus z.

Constat ex alibi a me demonstratis: esse $\int \overline{\omega z} \sqcap \dfrac{y^2}{2}$. sive esse $\omega z \sqcap \dfrac{y^2}{2d}$. At ex quadratura Trianguli patet esse $\dfrac{y^2}{2d} \sqcap y$. Ergo $\omega z \sqcap y$. Jam ex hypothesi est $\omega \sqcap \dfrac{b}{y}$. Ita enim erunt ipsae ω ipsis y reciproce proportionales. Ergo fiet: $\dfrac{bz}{y} \sqcap y$. Adeoque $z \sqcap \dfrac{y^2}{b}$. Jam $\int z \sqcap x$. Ergo $x \sqcap \displaystyle\int \frac{y^2}{b}$. At $\displaystyle\int \frac{y^2}{b} \sqcap \frac{y^3}{3ba}$ ex quadratura Parabolae; ergo $x \sqcap \dfrac{y^3}{3ba}$. quae est aequatio explicans relationem inter ordinatas y et abscissas x, curvae quaesitae $C(C)$. Inventam ergo habemus curvam, quae est Analytica, et uno verbo Parabola Cubica, cujus vertex A.

Videbimus ergo an verum sit hoc Theorema sane memorabile:

---

9 *Am Rand:* $\underline{\int}$ summa $\underline{d}$ differentia

7 $\sqcap$ x. *(1)* Constat ex alibi *(a)* ex *(b)* a me demonstratis *(aa)* ex *(bb)* omn *(2)* ipsam ... ω *(a)* Constat ex alibi a me demonstratis, esse *(aa)* $\overline{\text{omn}\ \omega} \sqcap \dfrac{\text{y}^2}{2}$. Ergo $\omega \sqcap \dfrac{\text{y}^2}{\text{2d}}$. *(bb)* $\int \omega \sqcap$ *(b)* et *L* 9 esse *(1)* omn *(2)* $\int \overline{\omega\text{z}}$ *L* 9 $\dfrac{\text{y}^2}{\text{2d}}$. *(1)* porro ex hypothesi debet esse *(2)* At *L* 10 qvadratura *(1)* parabolae patet *(2)* Trianguli *L* 14 est *(1)* Geometrica *(2)* Analytica *L*

---

9 alibi: s. Erl. zu N. 40 S. 292 Z. 3. 9 $\dfrac{y^2}{2d}$: Im vorliegenden Stück benutzt Leibniz zunächst noch $\dfrac{x}{d}$ für „Differenz der x" und geht dann ab S. 324 Z. 1 allmählich zu dx über.

„ In Parabola Cubica $C(C)$ sunt BP intervalla perpendicularium ad curvam PC
„ et ordinatarum BC ad axem, in axe ABP sumta ipsis ordinatis BC, reciproce
„ proportionalia.

Hoc calculus tangentium facile ostendet. Aequatio Parabolae Cubicae: $xc^2 \sqcap y^3$. ponendo c latere recto, sive pro c^2 ponendo $3ba$, sive $c \sqcap \sqrt{3ba}$, fiet: $3xba \sqcap y^3$. Ergo ex methodo tangentium Slusii erit $t \sqcap \frac{\cancel{3}y^3}{\cancel{3}ba}$. ponendo $BT \sqcap t$ intervallo inter tangentem et ordinatam in axe: Jam $BP \sqcap \omega$ est $\sqcap \frac{y^2}{t}$. Ergo $\omega \sqcap \frac{y^2}{\frac{y^3}{ba}} \sqcap \frac{ba}{y}$. Sunt ergo ipsae ω ipsis y. reciproce proportionales quod desiderabatur.

Analyseos hujus artificium in eo fuit, quod ex ordinata abscissam fecimus; cujus stratagematis antea non venerat in mentem. Non est difficilior quaestio, si quaeratur Curva in qua ipsae BP intervalla ordinatarum et perpendicularium sint ipsis AB abscissis reciproce proportionales. Nempe $\omega \sqcap \frac{a^2}{x}$. Jam $\int \omega \sqcap \frac{y^2}{2}$. Ergo $y \sqcap \sqrt{2 \int \overline{\omega}}$ vel $\sqrt{2 \int \overline{\frac{a^2}{x}}}$. Jam $\int \omega$ non potest inveniri nisi ope curvae logarithmicae. Ergo et figura, quae satisfaciat est in qua ordinatae sunt in subduplicata ratione logarithmorum ab abscissis; quae figura est ex numero Transcendentium.

At revera difficilior est quaestio, cum quaeritur ut ipsae AP sint ipsis BC ordinatis reciproce proportionales. Nempe $x + \omega \sqcap \frac{a^2}{y}$ et $\omega z \sqcap \frac{y^2}{2d}$. et $\int z \sqcap x$ sive $z \sqcap \frac{x}{d}$ sive fiet: $\omega \frac{\overline{x}}{d} \sqcap \frac{y^2}{2d}$. et $\omega \sqcap \frac{y^2}{2d} \smile, \frac{x}{d}$. Et fiet: $x, + \frac{y^2}{2d} \smile, \frac{x}{d} \sqcap \frac{a^2}{y}$. Ponendo ipsas x arithmeticas, erit $\frac{x}{d} \sqcap z$ constans et fiet: $x + \frac{y^2}{2d} \sqcap \frac{a^2}{y}$ et $\int x \sqcap \int \overline{\frac{a^2}{y}} - \frac{y^2}{2}$. et $\frac{x^2}{2} + \frac{y^2}{2} \sqcap \int \overline{\frac{a^2}{y}}$. sive

10 mentem. *(1)* difficilior paulo videtur *(2)* Non *L* 14 est *(1)* logarithmorum seu *(2)* in subduplicata ratione logarithmorum ab *(3)* in *L* 16 BC *(1)* abscissis reciproce *(2)* ordinatis *L* 19 $\int \overline{\frac{\mathrm{a}^2}{\mathrm{y}}}$. *(1)* sive qvaeritur figura in qva momentum ordinataram ex axe, et abscissarum ex vertice *(2)* sive *(3)* sive *L*

6 methodo tangentium Slusii: s. *Philosophical Transactions* VII, Nr. 90 vom 20./30. Januar 1672/1673, S. 5143–5147 (Nachtrag in VII, Nr. 95 vom 23. Juni/3. Juli 1673, S. 6059).

$d\overline{x^2+y^2} \sqcap \dfrac{2a^2}{y}$. Jam junctae $AC, A(C)$ sunt $\sqcap \sqrt{x^2+y^2}$. Centro A, radio AC, describatur arcus CE, ita ut E cadat in rectam $AE(C)$, erunt ipsae $E(C)$ differentiae inter AC et $A(C)$, sive $EC \sqcap e \sqcap d\overline{x^2+y^2}$. Ergo $e \sqcap \dfrac{2a^2}{y}$. Si ergo liceret y sumere Arithmeticae progressionis haberemus quaesitum, videtur tamen nihil referre etsi x progressionis arithmeticae sumserimus.

Sumtis enim x progressionis Arithmeticae, sequitur ipsis AD sive y, ipsas EC sive e reciproce proportionales esse. Quod si autem sunt semel, erunt semper. Summae autem infinitarum reciproce proportionalium, habentur quacunque sint progressione ex quibus reciproce proportionales sumuntur, neque enim hic rectangulorum ulla ratio habetur, ubi aequali altitudine opus est, sed Summa linearum, omnium scilicet $E(C)$ initur. Sed jam video difficultatem ipsam omnium $\underline{e}$ summam sive omnes $\dfrac{2a^2}{y}$, sive ipsas $A(C)$ non haberi, nisi sciatur cujus progressionis sint ipsae y. Quod hoc loco ignoratur. Quoniam ipsas x necesse est esse progressionis Arithmeticae non ipsas y.

Sin jam in aequatione superiore $x+\dfrac{y^2}{2d}, \smile \dfrac{x}{d} \sqcap \dfrac{a^2}{y}$ faciamus y. progressionis Arithmeticae, fiet: $x+\dfrac{y}{d\overline{x}} \sqcap \dfrac{a^2}{y}$. et $xy+\dfrac{y^2}{dx} \sqcap a^2$. Imo generaliter neutri assignando progressionem, fiet: $xy+\dfrac{yd\overline{\frac{y^2}{2}}}{dx} \sqcap a^2$. ⊙

---

15 Nota idem est dx. et $\dfrac{x}{d}$. id est differentia inter duas x proximas.

3 e $\sqcap$ *(1)* $\sqrt{\text{x}}$ *(2)* $\text{d}\overline{\text{x}^2+\text{y}^2}$. *L* 15 fiet: *(1)* $\text{x}+\dfrac{\text{x}}{\text{d}}$ *(2)* x+ *(a)* $\text{yd}\overline{\text{x}} \sqcap \dfrac{\text{a}^2}{\text{y}}$. et $\text{xy}+\text{y}^2\text{d}\overline{\text{x}} \sqcap \text{a}^2$. Imo generaliter neutri assignando progressionem, fiet: $\text{xy}+\text{yd}\overline{\text{x}}\text{d}\overline{\dfrac{\text{y}^2}{2}} \sqcap \text{a}^2$. *(b)* $\dfrac{\text{y}}{\text{d}\overline{\text{x}}}$ *L*

---

3 $d\overline{x^2+y^2}$: Leibniz vergisst das Wurzelzeichen. Dadurch wird die nachfolgende Gleichung für e inkorrekt; der fehlerhafte Ausdruck für e wird bis Z. 13 beibehalten.

Sed nondum quicquam praestitimus, considerandum ergo ex doctrina indivisibilium, producta PCS. dum ipsi AD occurrat in S. esse summam omnium AP applicatarum ad AB, aequalem summae omnium AS applicatarum ad AD. id est vocando $DS, \sqcap v$. fiet $dy \int y + dy \int v \sqcap dx \int x + dx \int \omega$. sive $dy \int y + dy \int v \sqcap dx \displaystyle\int \frac{a^2}{y}$. ex hypothesi quaestionis. Ponendo jam y. progressionis Arithmeticae, fiet: $\dfrac{y^2}{2} + \dfrac{x^2}{2} \sqcap dx\,\overline{\text{Log}\,y}$. At paulo ante eadem facta suppositione ipsarum y progressionis Arithmeticae fuit $xy + \dfrac{y^2}{dx} \sqcap a^2$. Fiet: $dx \sqcap \dfrac{y^2}{a^2 - yx}$ et nunc: $dx \sqcap \dfrac{y^2 + x^2}{2\,\overline{\text{Log}\,y}}$. Ergo habemus denique aequationem in qua solae supersunt x. et y. extra vincula, nempe: $\overline{y^2 + x^2}, \ a^2 - yx \sqcap 2y^2\,\overline{\text{Log}\,y}$. Quae aequatio cum sit determinata locum dabit quaesitum. Et valde memorabilis est haec methodus, cum enim non sit hic in nostra potestate tot aequationes habere quot incognitas, poterimus tamen saepe plusculas obtinere aequationes, et earum ope quosdam terminos elidere, ut hoc loco $d\overline{x}$. Quae sola nobis obstabat. Singulae aequationes totam includebant quaestionis naturam, nec tamen ex iis erui poterat solutio, quod media facilia hactenus desint, conjunctio duarum aequationum rem compendio dedit.

Videor idem aliter obtinere potuisse per momenta. Ubi in mentem venit consideratio nova non inelegans.

In fig. 2. est $BC \sqcap y$. $FC \sqcap d\overline{y}$. Sit punctum G medium ipsius FC. Patet momentum ipsius FC, esse rectangulum sub FC et BG, id est rectangulum BFC. Nam cum sit

2 f. esse *(1)* AP ad *(a)* basin *(b)* axem, s *(2)* omnes AP applicatas *(3)* summam ... AP | applicatas *ändert Hrsg.* | ad *L* 4 dx $\int \omega$. *(1)* Jam dy $\int$ y $\sqcap \dfrac{\mathrm{y}^2}{2}$. et *(2)* sive *L* 5 + $\dfrac{\mathrm{x}^2}{2} \sqcap$ *(1)* dx $\overline{\mathrm{Log\,a}^2}$ *(2)* dx $\overline{\mathrm{Log\,y}}$ *L* 6 xy+ *(1)* $\mathrm{y}^2 \mathrm{d}\overline{\mathrm{x}} \sqcap \mathrm{a}^2$ fiet: $\mathrm{d}\overline{\mathrm{x}} \sqcap \dfrac{\mathrm{a}^2 - \mathrm{xy}}{\mathrm{y}^2}$ at *(a)* supra *(b)* paulo ante *(2)* $\dfrac{\mathrm{y}^2}{\mathrm{dx}}$ *L* 8 nempe: *(1)* $2\,\overline{\mathrm{Log\,y}}\mathrm{a}^2 - 2\,\overline{\mathrm{Log\,y}}\mathrm{xy} \sqcap \mathrm{y}^4 + \mathrm{y}^2\mathrm{x}^2$ *(2)* $\overline{\mathrm{y}^2 + \mathrm{x}^2}$, *L*

5 fiet: Die nachfolgende Gleichung ist falsch. Leibniz benutzt sie konsequent weiter bis Z. 8. Die Überlegungen zum Ansatz, durch Heranziehen einer weiteren Differentialgleichung und Anwendung eines Eliminationsverfahrens bei der Lösung der inversen Tangentenaufgabe weiterzukommen, werden davon jedoch nicht beeinträchtigt.



fig. 2.

$BFC + GFC$. posterius quippe prioris ratione infinite parvum negligi potest, adeoque erit $\int \overline{yd\overline{y}} \sqcap \frac{y^2}{2}$. Sive momentum omnium differentiarum FC, aequabitur ultimi termini momento. Et $ydy \sqcap d\frac{\overline{y^2}}{2}$ et $y^2dy \sqcap \frac{y\,d\overline{y^2}}{2}$. Porro supra in aeq. ⊙ faciendo x arithmeticam, fuit $yd\frac{\overline{y^2}}{2} \sqcap a^2 - xy$ sive $d\frac{\overline{y^2}}{2} \sqcap \frac{a^2 - xy}{y}$ at idem $\sqcap yd\overline{y}$. Fiet ergo $yd\overline{y} \sqcap \frac{a^2 - xy}{y}$. et erit $\int \overline{yd\overline{y}} \sqcap \int \overline{\frac{a^2}{y}} - \boxed{\int x}\,\frac{x^2}{2}$. At jam invenimus esse $\int \overline{yd\overline{y}} \sqcap \frac{y^2}{2}$. Fiet ergo $y^2 + x^2 \sqcap 2\int \overline{\frac{a^2}{y}}$. ut ante, vel $dy^2 + 2x \sqcap \frac{2a^2}{y}$. Ubi patet res notabilis in his aequationibus in quibus reperiuntur $\int$. et d. ubi jam una, v. g. hic x. pro arithmetice procedente sumta est, non posse jam inverti, nec dici nos habere valorem ipsius x, nempe $x \sqcap \frac{2a^2}{y} - d\overline{y^2}$. quia $d\overline{y^2}$ non potest intelligi nisi determinata progressionis natura, ipsius y. Ipsius y. autem progressio, ut $d\overline{y^2}$ serviat[,] talis sumi debet, ut sint x progressionis Arithmeticae, ergo

4 f. arithmeticam, *(1)* fiet: $\int \overline{\mathrm{yd}\frac{\overline{\mathrm{y}^2}}{2}} \sqcap \int \mathrm{a}^2 - \int \mathrm{xy}$ *(2)* fuit *L*   7 vel | $\mathrm{d}\overline{\mathrm{y}^2}+\mathrm{x}$ *ändert Hrsg.* | $\sqcap \frac{2\mathrm{a}^2}{\mathrm{y}}$ *L*
11 sumi *(1)* potest, *(2)* debet *L*

4 aeq. ⊙: vgl. S. 324 Z. 16.

ipsae $d\overline{y}$ supponunt ipsas x, non ergo per ipsas invenietur x. Caeterum hac arte multa poterunt praeclara haberi theoremata de curvis alias intractabilibus, jungendo scilicet plures ejusmodi aequationes.

Ut in hujusmodi quaestionibus sane difficillimis simus exercitatiores utile erit adhuc unam experiri, ut scilicet ipsae AP sint ipsis AB reciproce proportionales. Fiet: $x+\omega \sqcap \dfrac{a^2}{x}$. et $z\omega \sqcap \dfrac{d\overline{y^2}}{2}$. et $z \sqcap dx$. Adeoque fiet: $\omega \sqcap \dfrac{\frac{d\overline{y^2}}{2}}{z} \sqcap \dfrac{\frac{d\overline{y^2}}{2}}{dx}$. et denique $x + \dfrac{\frac{d\overline{y^2}}{2}}{dx} \sqcap \dfrac{a^2}{x}$. Cujus jam non difficilis solutio est, nam ponendo x arithmeticas, fiet: $\int x + \dfrac{y^2}{2} \sqcap \displaystyle\int \dfrac{a^2}{x}$, sive fiet: $\dfrac{x^2}{2} + \dfrac{y^2}{2} \sqcap \overline{\operatorname{Log} y}$ sive $\sqrt{x^2+y^2} \sqcap AC \sqcap \sqrt{2\,\overline{\operatorname{Log} AD}}$. Quae expressio curvae satis est simplex. Requiruntur autem ipsae AB. progressionis arithmeticae. Contra si sint y progressionis arithmeticae fieret: $x + \dfrac{y}{dx} \sqcap \dfrac{a^2}{x}$. Sed hinc non facile habebitur natura curvae.

Videamus an possit esse curva in qua ipsae AC ipsis BP aequales, fiet: $\sqrt{x^2+y^2} \sqcap \omega$. et $\omega \sqcap \dfrac{d\overline{y^2}}{2d\overline{x}}$. Sit x progressionis arithmeticae, fiet: $(\int \overline{\sqrt{x^2+y^2} \sqcap})\ \int AC \sqcap y^2$ sed hoc non sufficit nisi ad curvam mechanice describendam, per puncta scilicet proxime accedentia. Ut sit $x \sqcap 1$. sit $BC \sqcap (y)$ erit $\sqrt{1+(y^2)} \sqcap (y^2)$. sive $1+(y^2) \sqcap (y^4)$. Unde habetur (y) nempe $y^4 - y^2 + \dfrac{1}{4} \sqcap 1 + \dfrac{1}{4}$ sive $(y^2) \sqcap \dfrac{\sqrt{5}}{2}$. et $(y) \sqcap \dfrac{\sqrt{④}5}{\sqrt{2}}$. Porro eodem modo

4 simus *(1)* accuratiores, *(2)* exercitatiores *L* 6 z$\omega \sqcap$ *(1)* y^2 *(2)* z *(3)* | $d\overline{y^2}$ *ändert Hrsg.* | et *L* 6 fiet: *(1)* $x + d\overline{x}, \dfrac{d\overline{y^2}}{2}$ *(2)* ω *L* 8 qvae *(1)* species *(2)* expressio *L* 9 ipsae | AP *ändert Hrsg.* | progressionis *(1)* Geometricae *(2)* arithmeticae *L* 10 $\dfrac{a^2}{x}$. *(1)* Nota autem dx in x esse *(2)* sed *L* 14 ad *(1)* infinita *(2)* curvam *L*

8 $\overline{\operatorname{Log} y}$: Es müsste $a^2 \log x$ und in der folgenden Gleichung $\sqrt{2a^2\,\overline{\log AB}}$ heißen. 13 $\sqcap y^2$: Richtig wäre $\dfrac{y^2}{2}$. Der Rechenfehler wirkt sich, zusammen mit weiteren Versehen, bis S. 328 Z. 3 aus, ohne die Überlegung grundsätzlich zu beeinträchtigen.

$\underset{AC}{\sqrt{4+((y^2))}} + \underset{A(C)}{\sqrt{1+\frac{\sqrt{5}}{2}}} \sqcap ((y^2))$. Ita rursus poterit inveniri $((y))$. Et hujus ope reperietur tertia AC, et ita reperietur polygonum aliquod curvilineo quaesito eo similius, quo minor assumta est unitas.

x. esse progressionis Arithmeticae significat motum (inter describendum) in axe AB. esse uniformem. Descriptiones autem quae supponunt motum aliquem esse uniformem, non sunt prorsus in nostra potestate. Neque enim possumus producere motum uniformem, nisi continue interruptum.

Videndum an $dxdy$ idem sit quod $d\overline{xy}$ et an $\frac{dx}{dy}$ idem quod $d\frac{x}{y}$ et videtur ut sit. Sit $y \sqcap z^2 + bz$. et x. sit $cz + d$. fiet $dy \sqcap \boxed{z^2} + 2\beta z \boxed{+\beta^2}, \boxed{+bz} + b\beta, \boxed{-z^2}\ \boxed{-bz}$ et fiet $dy \sqcap \overline{2z + b}\beta$. Eodem modo $dx \sqcap +c\beta$. Et ita erit $dydx \sqcap \overline{2z + b}c\beta^2$. At idem produces si statim facias $d\overline{xy}$. Nam in singulis factoribus separatim destructio fit, altero in alterum non influente. Idem est de divisoribus. Sed jam cum earum summae quaeruntur discrimen an sit videndum est, $\int \overline{dx} \sqcap x$. $\int \overline{dy} \sqcap y$. $\int \overline{dxy} \sqcap xy$. Si jam sit aequatio v. g. $dxdy \sqcap x$. erit $\int \overline{dxdy} \sqcap \int x$. Jam $\int x \sqcap \frac{x^2}{2}$. Ergo $\int \overline{dxdy} \sqcap \frac{x^2}{2}$. sive $xy \sqcap \frac{x^2}{2}$. sive $\frac{x}{2} \sqcap y$. Quod satisfacit aequationi $dxdy \sqcap x$. Nam pro y ponendo ejus valorem fiet: $dx\,d\frac{x}{2} \sqcap x$. sive $\frac{dx^2}{2} \sqcap x$. Quod verum esse constat.

In summis haec non procedunt, nam $\int x \int y$. non est idem quod $\int \overline{xy}$. Ratio est, quod differentia est quantitas unica, at summa est quantitatum plurium aggregatum.

8–16 *Am Rand:* Error vide infra.

10 ita *(1)* patet esse idem *(2)* erit | dzdx *ändert Hrsg.* | $\sqcap$ $\overline{2z+bc}\beta^2$ *L* 11 separatim *(1)* qvaerenda qvae destruunt, idem in divisoribus *(2)* destructio *L* 12 f. qvaeruntur *(1)* differentiam video *(2)* discrimen *(a)* video, aliud enim est s *(b)* an *L*

---

14 xy: Die Ersetzung von $\int \overline{dxdy}$ durch xy setzt die Regel $dxdy = dxy$ voraus. Dasselbe gilt für die Gleichsetzung von $dx\,d\frac{x}{2}$ mit $d\frac{x^2}{2}$ in Z. 15 f. 19 infra: vgl. S. 330 Z. 7.

Summa differentiarum est terminus novissimus. At ex summis facientium, invenire summas productorum, nondum analytice, certa ratione possumus, et quae in eo genere fecit Wallisius non demonstratione, sed felici inductione nituntur. Demonstrationem tamen eorum invenire magni res foret momenti. Sint $\int \overline{zy}$ quae quaeruntur. Ponatur $\int \overline{zy} \sqcap \omega$. Erit $zy \sqcap d\varpi$, et $y \sqcap \dfrac{d\varpi}{z}$ et $\int y \sqcap \displaystyle\int \dfrac{d\varpi}{z}$. Eodem modo $\int z \sqcap \displaystyle\int \dfrac{d\varpi}{y}$. Ponatur $\int y$ nota $\sqcap v$. et $\int z$ nota $\sqcap \psi$. Fiet $y \sqcap dv \sqcap \dfrac{d\varpi}{z}$ et $z \sqcap d\psi \sqcap \dfrac{d\varpi}{y}$. et $\dfrac{dv}{d\psi} \sqcap \dfrac{z}{y}$. Unde sequi videtur $d\dfrac{v}{\psi} \sqcap \dfrac{z}{y}$. Adeoque $\dfrac{v}{\psi} \sqcap \displaystyle\int \dfrac{z}{y}$. Ergo foret $\displaystyle\int \dfrac{z}{y} \sqcap \dfrac{\int z}{\int y}$. Quod est absurdum. Unde sequitur $\displaystyle\int \dfrac{dv}{d\psi}$ non esse $\dfrac{v}{\psi}$. Quid ergo erit? Differentia ipsarum v, divisa per differentiam ipsarum ψ. summanda est. Non ergo quaelibet differentiarum, adeoque et tota v, dividenda erit per singulas ipsius ψ. Non inquam, quia singulae tantum per singulas respondentes sibi dividuntur, non quaelibet per omnes. Ergo aliud est $\displaystyle\int \dfrac{dv}{d\psi}$. quam $\dfrac{\int dv \sqcap v}{\int d\psi \sqcap \psi}$.

Ergone aliud erit $d\dfrac{v}{\psi}$ quam $\dfrac{dv}{d\psi}$? Si idem est etiam $\displaystyle\int d\dfrac{v}{\psi}$ erit $\sqcap \displaystyle\int \dfrac{dv}{d\psi}$ sive $\dfrac{v}{\psi} \sqcap \displaystyle\int \dfrac{dv}{d\psi} \sqcap \dfrac{\int dv}{\int d\psi}$. Quod absurdum est. Eodem modo an $d\overline{v\psi} \sqcap dvd\psi$. Ergo $\int d\overline{v\psi}$ sive $v\psi \sqcap \int \overline{dvd\psi}$. Jam $v\psi \sqcap \int dv \int d\psi$. Ergo $\int \overline{dvd\psi} \sqcap \int dv \int d\psi$. Quod est absurdum. Ergo absurdum esse videtur $dvd\psi$. idem esse quod $d\overline{v\psi}$, itemque $\dfrac{dv}{d\psi} \sqcap d\dfrac{v}{\psi}$. Quod tamen paulo ante asserueram, et quod videtur demonstrativum. Difficilis nodus.

4 Sint *(1)* $\int$ z $\int$ y qvae qvaerun *(2)* $\int \overline{\mathrm{zy}}$ *L* 4 f. $\sqcap \omega$. *(1)* porro sit $\int$ z $\sqcap$ *(2)* Erit *L* 7 $\dfrac{\int \mathrm{z}}{\int \mathrm{y}}$. *(1)* Unde seqvi *(2)* qvod *L* 12 $\dfrac{\mathrm{dv}}{\mathrm{d}\psi}$? *(1)* Non puto sed est idem. Ergo *(2)* Si *L*

3 Wallisius: vgl. J. Wallis, *Arithmetica infinitorum*, 1656, prop. LXXII S. 58 f. (*WO* I S. 498).
6 $\dfrac{z}{y}$: Hier sind Zähler und Nenner vertauscht. Der Fehler beeinträchtigt die Richtigkeit von Leibniz' Schlussfolgerung nicht.

Sed jam distinguendum video: si sit v. et ψ. et faciant $v\psi$ vel $\frac{v}{\psi}$ quantitatem aliquam v. g. $\aleph \sqcap v\psi$ vel $\frac{v}{\psi}$, sintque valores tam ipsius v. quam ipsius ψ rationales per unam quandam, v. g. abscissam x. expressi, tunc calculus semper docebit eandem produci differentiam, sive idem fore $d\aleph$ et $dvd\psi$ vel $\frac{dv}{d\psi}$.

Sed jam video ista nunquam procedere, nec per partes in his iri posse, nam v. g. sit $x+\beta, \frown x+\beta,, -x, x$, fiet $2\beta x$. Quod longe aliud est quam $x+\beta, -x,, \frown x+\beta, -x$. quod daret β^2. Concludendum ergo aliud esse $d\overline{v\psi}$ quam $dvd\psi$, aliudque $d\frac{v}{\psi}$ quam $\frac{dv}{d\psi}$.



[*Fig. 3*]

Dת $\sqcap \theta$. $AB \sqcap x$. $BC \sqcap y$. $TB \sqcap t$.

Primus gradus[:] $a + bx + cy \sqcap 0$. Ordinando et accommodando ad tangentes, fiet: $bt \sqcap -cy$. et $t \sqcap \frac{-cy}{b}$. Eodem modo: $\theta \sqcap \frac{-bx}{c}$. Sit $WC \sqcap \omega$ et $GW \sqcap \beta$. Patet esse: $\frac{t}{y} \sqcap \frac{\beta}{\omega}$. et fiet: $\omega \sqcap \frac{-\beta b}{c}$. Eodem modo $\beta \sqcap \frac{-\omega c}{b}$.

Secundus gradus: $a+bx+cy+dx^2+ey^2+fyx \sqcap 0$. Ordinando ad tangentes, fiet: $bt+2dxt+fyt \sqcap -cy-2ey^2-fyx$. Adeoque $t \sqcap \frac{-cy-2ey^2-fyx}{b+2dx+fy}$. Unde facile patet semper

7–10 $\frac{\mathrm{dv}}{\mathrm{d}\psi}$ | Dת … t *erg.* | *(1)* Sit $\mathrm{ax}^2+\mathrm{by}^2+\mathrm{cy}$ *(2)* primus *L*   11 et | GC *ändert Hrsg.* | $\sqcap \beta$ *L*

t per y, (et θ per x) dividi posse et quoniam $\omega \sqcap \dfrac{\beta y}{t}$. ideo fiet hic $\omega \sqcap \dfrac{\beta\overline{b+2dx+fy}}{-c-2ey-fx}$. Adeoque fiet: $y \sqcap \dfrac{-\omega\overline{c+fx}, \frown -\beta\overline{b+2dx}}{f+2e}$. At paulo ante $y \sqcap \dfrac{-a-bx-dx^2}{c+ey+fx}$ et fiet:

$$y \sqcap \frac{-\omega, \overline{c+fx}, \frown -\beta\overline{b+2dx}, \frown \overline{c+fx},,, + \overline{f+2e} \frown \overline{a+bx+dx^2}}{-\omega\overline{c+fx}, \frown -\beta\overline{b+2dx}, \frown -e}$$
$$\sqcap \frac{-\omega\overline{c+fx}, \frown -\beta\overline{b+2dx}}{f+2e}.$$

Habemus ergo aequationem in qua nulla est amplius y. Et omnes figurae, quarum aequatio ex hac aequatione pro varia explicatione literarum constantium formari potest, quadrari possunt. Illae item quae ipsi per methodos alias ostendi possunt σύγνωτοι.

4 f. $\dfrac{-\omega\overline{\mathrm{c}+\mathrm{fx}}, \frown -\beta\overline{\mathrm{b}+2\mathrm{dx}}}{\mathrm{f}+2\mathrm{e}}$. *(1)* qvem valorem inventum inserendo in *(a)* ω *(b)* valore ipsius ω, habebimus aeqvationem in qva nulla y. qvod ut fiat commodius, qvaeramus rursus per partes in exiguis: yx $\sqcap$ a. differentia erit yt $\sqcap$ −yx. et t $\sqcap$ −x. et $\theta \sqcap$ −y Jam *(aa)* $\langle\omega\rangle \sqcap$ *(bb)* y $\sqcap \dfrac{\mathrm{a}}{\mathrm{x}}$. erit: $\omega \sqcap \dfrac{-\beta \mathrm{a}}{\mathrm{x}^2}$. et $\beta \sqcap \dfrac{-\mathrm{a}\omega}{\mathrm{y}^2}$. *(2)* Habemus *L* 6 literarum *(1)* cognitarum *(2)* constantium *L* 7 possunt *(1)* sygnotae *(2)* συγγν *(3)* σύγνωτοι *L*

2 fiet: $y \sqcap$: Der Nenner des Bruchs auf der rechten Seite müsste $\beta f + 2e\omega$ lauten. Im Zähler wäre das Multiplikationszeichen zu streichen. Die Fehler wirken sich auf die Rechenausdrücke bis Z. 4 aus.

47. MARGINALIEN IN GREGORYS EXERCITATIONES GEOMETRICAE [Ende Januar 1673 – 1716 (?)]

Überlieferung: *LiH* Marginalien in J. Gregory, *Exercitationes geometricae*, London, 1668: Hannover *Leibniz-Bibl.* Ms IV 377.
Cc 2, Nr. 00

Datierungsgründe: Leibniz hat Gregorys *Exercitationes geometricae* zusammen mit der Ausgabe von Mercators *Logarithmotechnia* und Riccis *Exercitatio geometrica de maximis et minimis* (London 1668) sowie weiteren Werken während seines ersten Londonaufenthalts zwischen Ende Januar und Ende Februar 1673 erworben. Die *Exercitationes* wurden später mit den Schriften von Mercator und Ricci zusammengebunden und die Ränder unter Aussparung der Marginalien beschnitten. Während die Randnotizen zur *Logarithmotechnia* und zur *Exercitatio geometrica* sämtlich frühen Datums anzunehmen sind (Druck in VII, 4 N. 3) und ein intensiveres Studium der *Exercitationes geometricae* bereits kurz nach Erwerb des Buches nachweisbar ist (s. VII, 4 N. 8, 16_1, 17, 22 sowie 24), stammen die Marginalien zu Gregorys Schrift infolge der verwendeten Infinitesimalsymbolik vorwiegend von frühestens November 1675. Für die beiden entfernten Marginalien in der Praefatio sowie die eingefügten Linien auf S. 2 ist eine Datierung auf die Zeit ab Februar 1673 nicht ausgeschlossen. Die zuerst geschriebenen Marginalien zu Prop. V (S. 21 f.) enthalten das Gleichheitszeichen = und weisen enge Bezüge zur Untersuchung *Trigonometria inassignabilium*, VII, 4 N. 27, vom Sommer 1673 auf. Sie dürften daher auch aus dieser Zeit stammen. Die später geschriebenen Marginalien entstanden wahrscheinlich in Zusammenhang mit der Untersuchung *De Quadratura quadratricis* (LH 35 XIII 1 Bl. 236–239), dat. 6. Juli 1677, in der auf sie verwiesen wird.

Das Marginalexemplar wird als Haupttext wiedergegeben, dem die Seitenzählung in eckigen Klammern vorangestellt wird. Leibniz' Marginalien erscheinen als Fußnoten zum Text bzw. zu den Figuren, Unterstreichungen werden durch Sperrung hervorgehoben. Zur Wiedergabe von Leibniz' Ergänzungen von Linien sowie einer Punktbezeichnung innerhalb Gregorys Fig. 3 wird der ursprünglichen Abbildung ein Ausschnitt einer entsprechend erweiterten Figur gegenübergestellt.

[Praefatio Bl. A2 v° – A3 v°]

… Quae interim objiciuntur a praestantissimo Geometra contra nostram Doctrinam, hic resolvere conabor. *Admitto* (inquit) *in Prop. 11 Demonstratum esse, quod Sector ABIP non sit analytice compositus a triangulo ABP et Trapezio ABFP; sed non video ubi demonstretur Sectorem ABIP non esse analytice compositum ex aliis quantitatibus.* Ego facile agnosco infinitas alias esse quantitates, e quibus analytice componitur Sector

31–333,3 *Ausriss am Rand; Verbindungslinie zwischen Risskante und* Virum.

28 inquit: s. den Brief von J. Wallis an J. Collins vom 8. (18.) September 1668; Wallis, *Correspondence* II, S. 596–601, insbes. S. 599 f. 28 *Prop. 11*: J. Gregory, *Vera circuli et hyperbolae quadratura*, 1667, S. 25–28.

ABIP, sed R. Virum interrogo, quomodo innotescant illae quantitates e datis solummodo triangulo *ABP* et Trapezio *ABFP*, nam hae Problema determinant, et proinde aliae frustra dantur: si autem inveniantur; inveniuntur vel analytice vel non analytice; si posterius, concedo totum; si autem analytice inveniantur e quantitatibus *ABP*, *ABFP*, et Sector rursus analytice componatur ex illis; Idem Sector etiam analytice componetur ex quantitatibus *ABP*, *ABFP*, quod est absurdum, nempe contra Prop. 11, quae admittitur. Si autem insistatur, Sectorem posse componi analytice ex aliis quantitatibus, quae illum determinant praeter *ABP*, *ABFP*: dico *ABP*, *ABFP*, vel posse componi analytice ex aliis illis quantitatibus vel non; s i p o s t e r i u s , c o n c e d o t o t u m , s e d t a l e s q u a n t i t a t e s e x h i b e r i d e s i d e r o ; si prius, Analyseos tenorem examinando, satis constabit alias illas quantitates etiam analytice componi ex *ABP*, *ABFP*, et ita ad primum casum relabimur. Satis etiam sciunt Geometrae, perinde esse quo ad solutionem, quomodocunque determinetur problema; . . .

[S. 1]

Appendicula Ad Veram Circuli
et Hyperbolae Quadraturam.

. . .

[S. 2 f.]

$2L$		A	B
M	a	C	D
P	$2Q$	E	F
R	$4S$	G	H
T	$8V$	I	K
X	$16Y$	N	O
		Z	

Prop. I.

Inter A, B quantitates arbitrarias sit media Geometrica C, item inter C, B sit media harmonica D, et continuetur series convergens, ut sit ejus terminatio, seu Circuli, Ellipseos vel Hyperbolae sector Z. . . .

1 *Leibniz ergänzt* R. *zu* Rev.

9–12 *Randstreifen abgeschnitten.*

19 f. *Linien von Leibniz eingetragen.*

[S. 14]

Analogia Inter Lineam Meridianam Planispherii Nautici:
et Tangentes Artificiales Geometrice Demonstrata, etc.

[Fig. 3 zu S. 14 f.]



[*Fig. 1a*]



[*Fig. 1b*]
[*Ausschnitt mit Leibniz' Ergänzungen*]

---

5 *Daneben:* MO. med. prop. inter $M\alpha$ et MT.
TO med. prop. inter $T\alpha$ et MT.
DX. TM. TO contin. prop.

[S. 14]

Prop. I. Theorema.

Sit Circuli quadrans TQZ, cujus pars sit arcus QI: super arcu QI imaginetur portio superficiei Cylindrici recti talis naturae, ut (sumpto in arcu QI quolibet puncto O) perpendicularis ad planum TZQ ex puncto O ad summitatem portionis superficiei cylindricae excitata semper fiat aequalis secanti arcus OQ. Deinde sit mixtilineum $AIYTQ$ talis naturae, ut (ducta in eo recta XD radio QT parallela et arcum quadrantis secante in puncto ad libitum O) recta DX, secans arcus OQ, et radius TQ sint continue proportionales. Dico mixtilineum $AYTQ$ esse aequale dictae portioni superficiei cylindricae: ...

[Fig. 4 zu S. 16–19]



[*Fig. 2*]

[S. 16]

Prop. II. Theorema.

lateris ipsius. Superficies polygoni rotatione circa AB genita constat e superficiebus laterum rotatione genitis. Jam Superficies lateris cujusdam, ut $D(D)$ rotatione genita ex principio Guldini aequatur rectangulo ex ipsa $D(D)$ in viam sui centri gravitatis (C). seu in lineam quam revolutione describit, id est in circumferentiam Circuli cujus radius $(B)(C)$. Hoc vero rectangulum est ad rectangulum $F(G)(H)(F)$ figurae tertiae, factum ex $(B)(C)$ seu $F(G)$ in $D(D)$ seu $F(F)$ ut circumferentia ad suum radium $(B)(C)$; ergo et superficies rotatione ipsius $D(D)$ circa AB descripta est ad rectangulum $F(G)((G))(F)$ ut peripheria ad radium. Idemque cum fiat et in caeteris superficies polygoni rotatione genita ad totam summam rectangulorum $EGHF + F(G)(H)(F) + (F)((G))((H))((F))$ etc. erit ut peripheria ad radium. Jam si polygonum sit infinitorum laterum coincidet cum curva $AC(C)$. et summa rectangulorum seu fig. 3 coincidet itidem cum $A(L)(M)MA$. Idem ergo de superficie rotatione curvae $AC(C)$ genita, et area figurae ALM. demonstratum erit.

3 f. ex ... Guldini *erg. L* 6 F(G)((G))(F) *L ändert Hrsg.* 7 radius (B)(C) ad suam circumferentiam *L ändert Hrsg.* 9 f. caeteris tota summa rectangulorum *L ändert Hrsg.* 10 EGHH + F(G)((G))(F) *L ändert Hrsg.*

4 principio: P. GULDIN, *Centrobaryca*, 1635–1641, lib. II, cap. VII, prop. III, S. 147.

P r o p. 2. Curva ordinatarum ad arcus in rectam extensos applicatarum etiam fieri potest applicatione arcuum ad basin. Nam fig. 1. AE aequatur BC ordinatae, huic si applicetur normaliter EM aequalis AL seu curvae AC. in E habetur idem quod ante punctum M. et ita in caeteris.

2 ad *(1)* ordinatas *(2)* basin L

76. TRIANGULUM CHARACTERISTICUM OBLIQUUM, ET MOTUS CENTRI GRAVITATIS

18. Mai 1676

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 V 11 Bl. 4. 1 Bl. 2°, von dem oben ein Streifen von 21,3 x max. 2 cm abgeschnitten ist. 2 S. Textfolge Bl. 4 v° (Teil 1), 4 r° (Teil 2). Am oberen Rand von Bl. 4 v° Notiz (= S. 526 Z. 2–5), an der Schnittkante Reste fremden Textes. Am unteren Rand von Bl. 4 v° Nebenbetrachtung zu Teil 2, durch Strich abgetrennt (= S. 525 Z. 7–11).
Cc 2, Nr. 1420

18 Maji 1676.

Triangulum characteristicum obliquum, et motus centri gravitatis

[*Teil 1*]



[*Fig. 1a*]



[*Fig. 1b*]

Si ordinatae [obliquae] sint, videtur idem omnino locum habere Calculus Tangentium, qui si normales. Eodem enim modo calculabitur, ostendetur CD esse ad $D(C)$ seu TB ad BC, ut calculus dabit. Etiam multa alia de quadraturis theoremata locum habe-

11 Triangulum ... gravitatis *erg. L*

13 *Fig. 1a*: Zwei gestrichene Vorstufen der Figur werden nicht wiedergegeben.

bunt, ut TB in $(C)D$ $\sqcap$ BC in CD. Eodem modo videtur semper haberi area omnium $P(B)$ in $B(B)$ posito $T(B)$, $(B)(C)$, $(B)P$ continue proportionales. Eodem modo demonstrabitur fore omn. AE in $B(B)$ $\sqcap$ duplo segmento $A(C)A$. Unde patet hoc ex triangulis non pendere.

Videamus an ex Triangulo Characteristico obliquo aliquid possit duci ad Curvam Ellipseos.



[*Fig. 2*]

$AB \sqcap x$. $BC \sqcap \sqrt{2ax - x^2} \sqcap y$. Ergo $2ax - x^2 \sqcap y^2$. sive fiet $\cancel{2}at - \cancel{2}xt \sqcap \cancel{2}y^2$ sive $t \sqcap \dfrac{y^2}{a - x \sqcap \sqrt{a^2 - y^2}}$ sive $t \sqcap \dfrac{ax}{a-x} + x$. Ipsis t. y. tertia proportionalis erit $\dfrac{y^2}{t}$. At $\dfrac{y^2}{t} \sqcap y^2 \smile \dfrac{y^2}{a-x} \sqcap a - x$. Semper ergo erunt BA' vel $(B)A$. Adeoque quae perpendicularis locum tenet, seu perpendicularis obliquata erit semper $(C)A'$.

$AB \sqcap x$. $BC \sqcap y$. et $2ax \sqcap y^2$. Angulus vero obliquus. Demittatur ex C in AB. perpendicularis. Quia datur angulus ABC. dabitur ratio GB ad BC. eritque hoc modo: $GB \sqcap \dfrac{e}{a}y$.



[*Fig. 3*]

et $AG \sqcap x - \dfrac{e}{a}\underset{\substack{\wedge \\ \sqrt{2ax}}}{y} \sqcap z$. et $GC \sqcap \sqrt{y^2 - \dfrac{e^2}{a^2}y^2} \sqcap v$. sive $v^2 \sqcap 2ax - \dfrac{2e^2x}{a}$. Jam $x \sqcap \dfrac{v^2}{2a - \dfrac{2e^2}{a}}$. Ergo denique fiet $\dfrac{v^2}{2a - \dfrac{2e^2}{a}}$

---

8 *Nebenrechnung:* $x^2 - 2ax + a^2 \sqcap a^2 - y^2$ et $x \sqcap \sqrt{a^2 - y^2} + a$.

1 in | CD *ändert Hrsg.* | ⊓ BC *L* 1 f. omnium | PB *ändert Hrsg.* | in *L* 3 f. ex | meris *gestr.* | triangulis *L* 10 ergo *(1)* concurrentium per *(2)* erunt *L* 11 obliqvata *(1)* erit *(2)* CA erit constans *(3)* erit *L*

---

3 demonstrabitur: Die folgende Behauptung ist nicht richtig; an Stelle von AE müsste $AE \cdot \sin\alpha$ stehen, wobei $\alpha = \sphericalangle EAB$. 7 $AB \sqcap x$: Leibniz bezeichnet in der Figur und im Text zwei verschiedene Punkte mit A; zur besseren Unterscheidung wird für den zweiten Punkt A' verwendet.

$-\frac{e}{a}\sqrt{\frac{\cancel{2}av^2}{\cancel{2}a-\frac{\cancel{2}e^2}{a}}} \sqcap z$. sive $z \sqcap \frac{a}{2a^2-2e^2}\ v^2 - \frac{ev}{\sqrt{a^2-e^2}}$.

Generaliter $AB \sqcap x$. $BC \sqcap y$. $GB \sqcap \frac{e}{a}y$. $AG \sqcap z \sqcap x - \frac{e}{a}y$. $GC \sqcap v \sqcap \sqrt{y^2 - \frac{e^2}{a^2}y^2}$ sive $v \sqcap y\sqrt{1-\frac{e^2}{a^2}}$. Adeoque $y \sqcap \frac{av}{\sqrt{a^2-e^2}}$ et $x \sqcap z - \frac{ev}{\sqrt{a^2-e^2}}$. Unde si hi valores substituantur in aequatione naturam curvae explicante per relationem BC ad AB, habetur alia explicans per relationem GC ad AG.

Porro in Triangulo Characteristico $CD \sqcap dx$. $D(C) \sqcap dy$. Investiganda est $C(C)$. vel in Triangulo $T(B)(C)$ ex datis $T(B)$. $(B)(C)$ et angulo $T(B)(C)$ investiganda est $T(C)$. Ducta normali $(C)G$ erit $(B)G \sqcap \frac{e}{a}(B)(C)$ seu $\frac{e}{a}y$ et $TG \sqcap t - \frac{e}{a}y$ et $(C)G \sqcap \frac{y}{a}\sqrt{a^2-e^2}$ et $(C)T,^2 \sqcap y^2 \boxed{-\frac{e^2}{a^2}y^2} + t^2 - \frac{2te}{a}y \boxed{+\frac{e^2}{a^2}y^2}$.

Hic notandus compendiosus modus exprimendum tertium latus trianguli ex duobus datis, et angulo opposito.


[*Fig. 4*]

Data latera, $\underset{AB}{t}$. $\underset{BC}{y}$. quaesitum $\underset{AC}{\omega}$. Datus angulus ABC, ergo et ratio CB ad BG, quae sit a ad e. Erit $AC,^2 \sqcap y^2 + t^2 - \frac{2tey}{a}$. Regula ergo haec erit in triangulo: Quadratum lateris cujusdam assumti differt a quadratis laterum reliquorum, spatio quod sit ad duplum rectangulum reliquorum laterum, ut radius ad sinum complementi anguli lateri assumto oppositi.

Quadrata laterum duorum simul sumta differunt a quadrato tertii lateris in triangulo, figura quae sit ad duplum rectangulum sub ipsis, ut radius est ad sinum complementi anguli lateri tertio oppositi.

Sed hoc obiter.

6 C(C). *(1)* ducta perpendiculari (C)FG utiqve *(2)* vel *L* 13 ad | BT *ändert Hrsg.* |, qvae *L* 15 triangulo: *(1)* latus qvodlibet *(2)* Qvadratum *L*

6 Porro: Im Folgenden bezieht sich Leibniz auf Fig. 1b. 19 *Fig. 4*: Ein gestrichenes Dreieck unterhalb der Figur wird nicht wiedergegeben.

Nunc inventa $(C)T$. facile habetur $C(C)$. Nam $\dfrac{C(C)}{T(C) \sqcap \sqrt{y^2+t^2-\dfrac{2tey}{a}}} \sqcap \dfrac{D(C) \sqcap dy}{(B)(C) \sqcap y}$ $\sqcap \dfrac{CD \sqcap dx}{T(B) \sqcap t}$ et $C(C) \sqcap \dfrac{dy}{y}\sqrt{y^2+\dfrac{y^4}{a^2-y^2}-\dfrac{2e}{a}\dfrac{y^3}{\sqrt{a^2-y^2}}}$. Sit dy. semper uniformis fiet: $C(C) \sqcap \sqrt{1+\dfrac{y^2}{a^2-y^2}-\dfrac{2ey}{a\sqrt{a^2-y^2}}}$ vel $\dfrac{C(C)}{dy} \sqcap \dfrac{\sqrt{a^2-\dfrac{2e}{a}y\sqrt{a^2-y^2}}}{\sqrt{a^2-y^2}}$ vel $\dfrac{C(C)}{dy} \sqcap$ $\sqrt{a^2\sqrt{a^2-y^2}-2eya+\dfrac{2ey^3}{a}} \smile a^2-y^2$.

[*Teil 2*]

Videndum an non Guldini principium possit reddi generalius, semperque verum sit s p a t i u m a l i c u j u s f i g u r a e m o t u p e r c u r s u m a e q u a r i a r e a e c o r p o r i s d u c t a e i n v i a m c e n t r i g r a v i t a t i s. Quod intelligendum opinor, si figurae portio durante motu in alterius portionis locum non succedit. Tunc enim calculus spatii percursi hoc modo iniri non potest.

Caeterum videndum si figura $ABCD$ circa axem obliquum AD gyranda sit puncto C circa centrum D et puncto B. circa centrum A eunte, et ita de caeteris (quod non puto fieri posse, nisi rectae DC, AB, aliaeque a se invicem divisae intelligantur et moveri circa DF vel AG) tunc videndum an Spatium percursum a singulis circa diversos axes motis, motui centri gravitatis E aequiparetur. Hoc videtur ex mechanicis sequi, si verum est tantae difficultatis esse movere corpus, ac movere ejus centrum gravitatis. Fingamus esse

---

6 f. *Darüber:* Vide plura schediasmate peculiari de via centri gravitatis 18 Maji 1676 ubi ista rectius.

2 $\dfrac{\mathrm{CD} \sqcap \mathrm{dx}}{\mathrm{TB} \sqcap \mathrm{t}}$ *L ändert Hrsg.* 7 sit *(1)* area *(2)* s p a t i u m a l i c u i u s *(a)* c o r p o r i s *(b)* f i g u r a e *L* 13 f. circa *(1)* A *(2)* | CF *ändert Hrsg.* | vel *L*

---

2 $C(C)$: Leibniz berechnet im Folgenden das Bogenelement der Ellipse von Fig. 2. 6 principium: P. Guldin, *Centrobaryca*, 1635–1641, lib. II, cap. VII, prop. III, S. 147. 17 schediasmate: N. 77.



[*Fig. 5*]

in numeros exiguos axes ut DF. AG. LM. et uno eodemque impulsu parallelogramma singula moveri circa axem suum. Patet tantundem oneris circumagere qui omnia quo sunt situ, et, qui ex centro gravitatis suspensa circumegerit, porro quantitas motus aestimanda ex ductu corporis in spatium successivum. Et ad eandem semper motus quantitatem producendum eadem semper opus vi, et eadem semper vis, sive corpus ipsum, sive e centro gravitatis suspensum moveas. Itaque etiam eadem semper quantitas motus, adeoque area spatii successivi seu spatium percursum, uno modo aequale viae centri gravitatis in aream. Porro eodem modo et de superficie hac revolutione geniti intelligi potest. Nempe similiter probabitur eam aequari ductui viae centri gravitatis. Unde videtur aditus quidam aperiri ad curvam Ellipseos, et ad Scalena.

Caeterum ex theorematis hujus universalitate videtur consequentia sequi admiranda:



[*Fig. 6*]

Sit arcus chorda AC, medium chordae D. super fulcro ducatur in (D). ipsis A. C. translatis in (A). (C). Ajo spatium $BA(A)B(C)CB$. percursum scilicet ab arcu ABC utcunque transformato, aequari viae centri gravitatis in ipsum arcum. Itaque tantum opus est invenire centrum gravitatis arcus primi et ultimi, eorumque intervallum cognitum erit, ejusque ope et spatium.

Ecce jam inventum novum generalissimum ad Spatiorum percursorum areas inveniendas: inprimis utile illis Spatiis dimetiendis, quae a transformatis motu, percurruntur.

---

15 *Daneben:* Error hic

2 impulsu | rectangula *ändert Hrsg.* | singula *L* 3 tantundem *(1)* oneris attollere qvia omnia *(2)* oneris *L* 24 f. generalissimum *(1)* tum ad eorum qvae moventur, *(2)* ad *L*

---

14 Scalena: s. N. 78. 15 Caeterum: Die folgende Behauptung ist i. Allg. nicht richtig, wie Leibniz nachträglich am Rand anmerkt.



[*Fig. 7*]

Hinc si sit curva ABC evolvenda, et evolutione describatur curva CDE. videndum hic, et oritur subtilissima quaestio, an si tota curva non moveatur, simul, sed partes motae crescant, nihilominus si sumatur via centri gravitatis ejus FG, quia scilicet id durante evolutione (ob partem curvae semper majorem, in re[cta]m extensam) semper mutatur; et ea via in curvam ABC, seu rectam AE, ducatur, proveniat area $ABCDE$. Hoc si ita est, mirificas habebit consequentias; poterimus enim componere motum cum non moto; et aestimare centrum gravitatis totius. Caeterum cum areae habentur, utilissima erunt ista, ad dimetiendas curvas, seu vias centrorum gravitatis. Ut in circulo habebitur dimensio illius curvae. Si Curva utrinque aequaliter transformabitur, ut supra in arcu extenso et similibus, tunc centrum gravitatis describet lineam rectam adeoque facilior longe inquisitio, tantum enim opus curvam motam, et primi ultimique status centrum haberi, non loci omnium intermediorum dimensionem. Haec longe utiliora et subtiliora Geometria indivisibilium, quia non opus est ulla per parallelas aliasve resolutione. Tantum opus est, ut unum illud excipiatur, cum scilicet unum punctum durante motu intrat in alterius locum. Caeterum hinc cavendum nonnihil videndumque an non in ejusmodi flexibus quodam modo contingat ut unum in alterius locum transeat.



[*Fig. 8a*]



[*Fig. 8b*]

Et haec jam ratio est verissima cur si AB, moveatur in CD. spatium $ABDC$ non sit AB mobile ductum in EF. viam centri gravitatis E. quia hic motus compositus ex duobus[,] uno perpendiculari ex E in G. alter[o] horizontali in ipsa AB. ubi mobile sua vestigia percurrit. Idem est si mobile moveatur circa aliquod centrum. Negligendus est ad spatium metiendum motus quo corpus in suis manet vestigiis, adeoque ea tantum via

4 sed | tantum *gestr.* | partes *L* 10 moto; | est *ändert Hrsg.* | aestimare *L* 10 f. totius. *(1)* Aliud qvoqve videndum. *(2)* Caeterum *L* 11 area *L ändert Hrsg.* 12 Si *(1)* recta trans *(2)* Curva *L* 15 non *(1)* omnium intermediorum curvae *(2)* loci *L*

centri gravitatis metienda est, qua corpus motu movetur in sua vestigia non succedente. Itaque si pluribus simul motibus moveatur, alius ejusmodi motus secundum quem in suis vestigiis manet, negligetur. Haec si exacte considerentur, poterit credo locum habere, magno tamen judicio adhibito, generalis regula nostra.



[*Fig. 9a*]



[*Fig. 9b*]

Sit $DA \sqcap AB$. M. medium inter D et A. F medium inter A et B et H medium inter M et F et L medium inter M et G et A medium inter M et N. Demittatur perpendicularis HP erit $\sqcap MP$. Sit $DP \sqcap x$ erit $DM \sqcap \frac{a}{2}$ (posito $DA \sqcap a$) et erit $HP \sqcap x - \frac{a}{2} \sqcap MP$. Angulus FMG anguli FAG dimidius[,] est enim ille ad circumferentiam, hic ad centrum super eodem arcu FG. Jam AR anguli FAG sinus, GR. sinus complementi.

---

5 *Unter Fig. 9a: HLA* via centri gravitatis ipsius DAB. durante motu BA circa A.

6 *Daneben:* Verum

1 vestigia *(1)* non rede⟨u⟩ *(2)* no *(3)* non *L*

---

5 *Fig. 9a*: Eine gestrichene Vorstufe der Figur wird nicht wiedergegeben. Die überarbeitete Figur stimmt nur unvollkommen mit dem zugehörigen Text überein. Leibniz hat erst im Verlauf der Überlegung festgestellt und am Rande angemerkt, dass der Schwerpunkt H von DAB sich bei der Rotation von AB nach AC nicht nach dem von ihm ursprünglich mit N bezeichneten Mittelpunkt von AC bewegt, sondern auf einem Kreisbogen nach A. Er hat die Punktbezeichnung N gestrichen und den Mittelpunkt von DM mit N bezeichnet. Dieser Punkt erscheint nur in einer Nebenbetrachtung und wird dort und in der Figur mit N' bezeichnet, um Verwechslungen zu vermeiden. Den Kurvenbogen LN hat Leibniz nicht gestrichen, sondern nur den Bogen LA ergänzt. Da LS immer links von AB liegen müsste, wird der Verlauf nicht richtig wiedergegeben. Eine korrekte Darstellung gibt Leibniz in fig. 2 von N. 77.

Ergo $GR \sqcap \sqrt{\dfrac{a^2}{4} - AR^2}$ et $LS \sqcap \dfrac{GR}{2}$. Sit $DS \sqcap x$. $AR \sqcap MR - \dfrac{a}{2}$. et $MR \sqcap 2MS$ et $MS \sqcap DS - DM \sqcap x - \dfrac{a}{2}$. Ergo $MR \sqcap 2x - a$ et $AR \sqcap 2x - \dfrac{3a}{2}$. et $AR^2 \sqcap 4x^2 - 6ax + \dfrac{9a^2}{4}$ et fiet: $LS \sqcap \dfrac{1}{2}\sqrt{6ax - 4x^2 - \dfrac{5a^2}{4}}$. punctumque L. erit ad circuli circumferentiam, adeoque et via centri gravitatis ipsius DAB, dum AB rotatur circa A erit arcus Circuli. Et videndum an Calculo suffragante area $BACEB$ sit curva HLA (arcus circuli) ducta in DC seu $DA + AB$. Ergo $2\cancel{c}$ in $HLA \sqcap \dfrac{\cancel{c}}{2}$ in BEC. Ergo $HLA \sqcap \dfrac{BEC}{4}$.

---

3 *Nebenbetrachtung auf Bl. 4 v°unten:* $LS \sqcap \sqrt{\dfrac{3}{2}ax - x^2 - \dfrac{5}{16}a^2}$. Sit $x \sqcap z + b$. fiet $\dfrac{3}{2}az + \dfrac{3}{2}ab - z^2 - 2zb - b^2 - \dfrac{5}{16}a^2$ et sit $b^2 - \dfrac{3}{2}ab\,[+]\,\dfrac{9}{16}a^2 \sqcap \dfrac{4}{16}a^2$ et $b - \dfrac{3}{4}a \sqcap \ddagger\dfrac{1}{2}a$. et $b \sqcap \dfrac{3}{4}a \ddagger \dfrac{1}{2}a$. Unde $\dfrac{3}{2}az - 2bz \sqcap \dfrac{3}{2}az - \dfrac{3}{2}az \ddagger az$. et ponendo $\ddagger \sqcap +$ fiet denique loco $\sqrt{\dfrac{3}{2}ax - x^2 - \dfrac{5}{16}a^2}$ haec: $\sqrt{az - z^2}$. Est ergo $b \sqcap \dfrac{1}{4}a$. Ergo $z \sqcap x - \dfrac{1}{4}a$. A $DS \sqcap x$ resecetur $DN' \sqcap \dfrac{a}{4}$ restabit $N'S \sqcap z$.

5 curva *(1)* HLN *(2)* HLA *L* 6 in *(1)* HLN *(2)* HLA *L* 6 ergo *(1)* HLN *(2)* HLA $\sqcap \dfrac{\text{BEC}}{4}$ | Et certe ut ab una parte curva terminatur in N, ita ab altera utiqve terminabitur in M. Jam HLN est arcus circuli ob Calculum Ergo HMN est angulus ad circumferentiam ergo duplus anguli ad centrum. *(a)* Angulus *(b)* Ergo duplus anguli cuius arcus est HLN. at item angulus *(aa)* HLN *(bb)* HMN dimidius anguli FAN. (cum ille etiam sit ad circumferentiam hic vero ad centrum arcus FGN) ergo angulus FAN, vel BAC *(aaa)* qvadruplus *(bbb)* aeqvalis anguli cuius arcus HLN. iam ex nostra Hypothesi arcus BEC qvadruplus est arcus HLN. | cumqve et angulus illius angulo huius sit qvadruplus necesse est si vera Hypothesis nostra, esse arcus eiusdem circuli *gestr.* | sed haec non videntur respondere. Videndum et an et qvomodo area Ellipseos inveniri possit, motu centri gravitatis chordae describentis. *gestr.* | *L* 8 et | erit *ändert Hrsg.* | b^2 *L* 9 $\ddagger$az. *(1)* si $\ddagger \sqcap -$ fieret absurdum. Ergo $\ddagger \sqcap -$ et $\ddagger \sqcap +$. *(2)* et *L* 11 MS $\sqcap$ z *L ändert Hrsg.*

---

3 *LS*: Bei der Berechnung von *LS* unterläuft Leibniz ein Flüchtigkeitsfehler. Der falsche Wert geht auch in die zugehörige Nebenbetrachtung ein. Leibniz erkennt schließlich die Unstimmigkeit und streicht den Schluss der Überlegung. Korrekt durchgeführt wird sie in N. 77.

[*Notiz*]



[*Fig. 10*]

Punctum B. esse medium inter A. et C. sic exprimetur[:] $AC \sqcap AB$. et $AC \sqcap BC$. Hinc porro consequentia seu Theorema elegans: Si $AC \sqcap AB$. et $AC \sqcap BC$. erit $AB+BC \sqcap AC$. Vides quomodo ope situs ex majoritatibus concludatur aequalitas.

77. DE VIA CENTRI GRAVITATIS NOVA
18. Mai 1676

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 V 11 Bl. 3. 1 Bl. 2°. 2 S. Figuren teilweise überarbeitet. Abgebrochene bzw. gestrichene Vorstufen werden nicht wiedergegeben. Geringe Textverluste durch Randschäden.
Cc 2, Nr. 1419

18 Maji 1676.

De via centri gravitatis nova.

Theorema generalissimum molior: Via centri gravitatis ducta in mobile, aequatur loco mobilis successivo. Cujus rei ratio est, quia tanta vi opus est quantus est effectus. Et tantus est effectus, cum de motu agitur, quantus est motus; tantus autem est motus quanta est via mobilis successiva, seu quanta est summa omnium locorum quos occupavit mobile successive. Ergo et vis tanta est quantus est locus mobilis successivus. Porro tanta vis est necessaria ad movendum corpus quomodocunque dispositum, quanta vi opus ad ipsum movendum ex centro gravitatis libere suspensum. Tunc autem locus ejus successivus aequatur viae centri gravitatis ductae in corpus. Ergo cum eadem semper vi opus sit etiam locus successivus aequivalebit. Ergo aequabitur via centri gravitatis ducta in mobile, loco mobilis successivo, seu viae mobilis.

Haec jam ad Geometriam produci possunt. Nimirum si nullum mobilis punctum durante motu succedit in locum alterius, via mobilis, seu locus mobilis successivus aequatur Spatio percurso. Ut fig. 1.

---

8 *Dahinter:* Adde aliud schediasma ejusdem diei ubi et de Triangulo characteristico nova.

8 De ... nova *erg. L* 9 in *(1)* are *(2)* aream mo *(3)* mobile *L* 18 f. mobilis. *(1)* sed via mobilis *(2)* Cum *(3)* Haec *L*

---

22 aliud schediasma: N. 76.



fig. 1

Si AD. transferatur in LG motu ad AD. perpendiculari, et centrum gravitatis sit punctum AD medium E, quod feretur in H. erit EH via centri gravitatis in mobile AD aequalis viae mobilis $DALG$. Eodem modo in fig. 2.



fig. 2

Si circa centrum A moveatur radius AB in AC. sector $BACFB$ aequabitur ipsi arcui DGE. viae centri gravitatis ipsius AB. ductae in AB. Quod verum esse constat. Idem constat de curvis aut Spatiis quae circa quendam axem immobilem feruntur ex iis quae dixit Guldinus. Opus autem est, directionem motus esse ipsi mobili perpendicularem, (lineae planove) quod fit tam in motu directo per perpendicularem, quam in motu rotationis circa quendam axem.

9 dixit: P. GULDIN, *Centrobaryca*, 1635–1641, lib. II, cap. VIII, prop. III, S. 147.

Ut in fig. 1. si AD oblique transferatur in BC; spatium $ABCD$. non aequatur ipsi AD in EF viam centri. Hujus rei vero ratio ex dictis pendet, quia motus AD in BC ex duobus compositis, uno ex AD in LG, secundum quem quodlibet mobilis punctum locum novum acquirit; altero ex AD in MN. ubi semper punctum unum in alterius locum succedit. Sola ergo perpendicularis directio considerari debet.

Hinc jam nova quaedam ac memoranda posse ⟨duci⟩ arbitror, quibus ut viam sternam; hoc considerabo: Si quis in aliquo sit motus secundum partem tantum, nihilominus spatium percursum aequatur viae centri gravitatis totius durante motu, in totum. Ut sit angulus rectus HAB. Sit HA aequalis AB. et immobili manente HA moveatur AB circa A ita ut describat sectorem $BA(F)FB$. Videamus quae durante motu futura sit via centri gravitatis totius HAB. Centrum gravitatis HA est L. medium, et AB est D medium. Junctae LD. punctum medium M. utique erit centrum gravitatis rectae utriusque HA, AB eo quo initio positae sunt situ. Translato AB in AF. centrum gravitatis ipsius AB. venit in G, ipsius HA manet in L. Jungatur LG. medium ejus N. erit novus locus centri gravitatis totius HAF. eodemque modo ex punctis $L.(G).(F)$. invenietur punctum N. adeoque via centri gravitatis erit arcus Circuli $MN(N)$. quem patet esse dimidium arcus $DG(G)$. et quartam partem arcus $BF(F)$. Nam angulus $DL(G)$ dimidius anguli $DA(G)$. et idem angulus $DL(G)$ vel $ML(N)$ dimidius anguli MPN. Anguli ergo $MP(N)$ et $DA(G)$ aequales, ergo arcus ut diametri, jam LA diameter dimidia ipsius LE, ergo et arcus $MN(N)$ dimidius arcus $DG(G)$ et quarta pars arcus $BF(F)$. Jam sector $BA(F)FB$ aequatur semiarcui $BF(F)$ in AB, id est $DG(G)$ in AB id est dimidiae $DG(G)$ sive ipsi $MN(N)$ in duplum AB, seu in $HA + AB$. Ergo apparet hic viam centri gravitatis totius HBA, nempe $MN(N)$ ductum in totum $HA + AB$. etsi tantum pars ejus mota fuerit, aequari spatio percurso.



fig. 3.

Hinc jam praeclarum quiddam ducemus; sit curva ABC cujus evolutione describatur curva CDE. Ajo curvam ABC, seu rectam AE, ductam in viam centri gravitatis, fili ipsi ABC circumplicati, et in A fixi manentis, ab altera autem parte continuo magis magisque extensi, aequari figurae $AEDCBA$. Quod priorum tantum corollarium est. Nam directio motus partium fili, semper est perpendicularis, scilicet fixa circa ali-

10 ut *(1)* describat *(a)* qvadrantem *(b)* arcum BF(F) *(2)* describat 12 LB. *L ändert Hrsg.* 27 in *(1)* locum *(2)* viam *L*

quod centrum. Sed antequam hoc ita pronuntiemus, unum ad huc examinandum est figura 4.

fig. 4.



[*Fig. 4, tlw. Blindzeichnung*]

Nempe diametro LE. sit circulus $LQDGE$. In diametro, producta si placet sumatur punctum S. Jungantur $SE. SG. SD. SQ. SL$. etc. et ducantur ordinatae GB. DA. QR. Junctae SE etc. bisecentur in punctis $N. C. F. H. P$. Quaeritur horum punctorum locus. Sit $EB \sqcap x$. et $AE \sqcap a$. erit $GB \sqcap \sqrt{2ax - x^2}$. et $SE \sqcap e$. Erit $SB \sqcap x \ddagger e$ et $SM \sqcap \dfrac{x \ddagger e}{2}$. $CM \sqcap \sqrt{\dfrac{ax}{2} - \dfrac{x^2}{4}}$. $NM \sqcap SM \ddagger \dfrac{e}{2}$. Ergo $NM \sqcap \dfrac{x}{2} \sqcap y$. Erit $CM \sqcap \sqrt{ay - y^2}$. Ergo locus est ad circulum cujus radius $\dfrac{a}{2}$ sive AE sive NP. Unde generaliter si rectae ex puncto dato ad circulum ductae in eadem ratione secentur, locus sectionum erit ad circumferentiam circuli, cujus diameter ad priorem in eadem ratione erit, qua portio absecta ad totam rectam. Hinc sequitur porro etiam arcum QD esse ad arcum HF ut QS ad HS seu ut diameter LE ad diametrum PN. Nam si V centrum circuli PFS

5 f. QR. *(1)* qvae bisecentur *(2)* Junctae *L* 8 $\sqcap \dfrac{\mathrm{x} \ddagger \mathrm{e}}{2}$. *(1)* et EM $\sqcap \dfrac{\mathrm{x} \ddagger \mathrm{e}}{2} \ddagger$ *(a)* $\dfrac{\mathrm{e}}{2}$ *(b)* e ergo erit EM *(aa)* $\sqcap$ z $\sqcap$ *(bb)* $\sqcap \dfrac{\mathrm{x} \ddagger \mathrm{e}}{2}$. sit EM $\sqcap$ z. erit x $\sqcap$ 2z $\ddagger$ e. | et dimidia ipsius GB seu CM *streicht Hrsg.* | erit $4\mathrm{az} \ddagger 2\mathrm{ae} - 4\mathrm{z}^2 \ddagger 4\mathrm{ze} - \mathrm{e}^2 \sqcap \mathrm{CM}^2$. vel *(2)* CM $\sqcap \sqrt{\dfrac{\mathrm{ax}}{2} - \dfrac{\mathrm{x}^2}{4}}$ | NE *ändert Hrsg.* | $\sqcap$ ... ergo | NE *ändert Hrsg.* | $\sqcap \dfrac{\mathrm{x}}{2} \sqcap$ y *L* 9 radius *(1)* a | sive AE sive NP *erg.* | *(2)* $\dfrac{\mathrm{a}}{2}$ sive | AE sive NP *ändert Hrsg.* | Unde *L*

transferatur in A centrum circuli LQE. erit H in (H). et F in (F) et arcus $(H)(F)$ idem arcui HF. Is autem est ad QD ut $A(H)$ ad AQ. seu ut PN ad LE.

Hinc jam porro demonstratur generalissime quod suscepimus, sit enim totum ex rectis pluribus compositum fig. 2. nempe $HQAB$. sitque tantum linea AB mobilis circa centrum A, reliquae lineae quotcunque HQ. QA. maneant immota. Inveniatur reliquarum centrum gravitatis R. Junganturque semper RG. seu ex R. ad loca G in quibus erit D. centrum rectae AB. Ducantur rectae, quae secentur in $T.V.W$, ut DT sit ad TR in ratione reciproca aggregati linearum immotarum $HQ+QA$ ad ipsam AB. Erit curva TVW via centri gravitatis totius $HQAB$. Porro ex iis quae demonstrata sunt ad fig. 4. erit TVW ad $DG(G)$ ut RT ad RD. seu ex constructione ut AB ad $HQ+QA+AB$. Ergo $HQ+QA+AB$ mobile totum (partim motum partim immotum) in TVW viam centri gravitatis aequabitur AB in $DG(G)$ seu sectori BAF. Hoc ergo universalissime demonstrato verum erit quod diximus ad figuram 3.



fig. 5

Porro ex theoremate generali illud jam sequitur praeclarum. Sit in fig. 5. Evolvenda curva ABC evolutione descripta CDE et huic parallela descripta a puncto fili circumplicati, B. vel si placet, sit evolvenda curva AB, producatur filum in BD et ope punctorum

7 f. T. V. W. | ut ... DR *erg. L, ändert Hrsg.* | in ratione | reciproca *erg.* | aggregati *L* 8 ad | ipsam *erg.* | AB. | ita ut RT sit ad TD ut B *erg. u. gestr.* | erit *L*

B et D. duae describantur curvae parallelae. Similiter in BD. notato puncto medio G, ipsum punctum G. tertiam describet curvam ⟨p⟩arallelam HG. Ajo spatium inter duas parallelas evolutione descriptas BF, DE, duasque rectas extensas aequales BD, FE aequari rectangulo sub recta constante BD et curva parallela media HG. Erit ergo nihil aliud quam rectangulum distortum. Porro eadem omnia locum habebunt, si aliqua figura plana ut DLM fili extremitati alligata intelligatur ita tamen ut planum ejus sit plano curvae ABC. perpendiculare. Nam spatium solidum ipsius DLM motu cum filo generatum, erit aequale solido ex plano DML in curvam centri gravitatis ejus N. motu descriptam, ducto.

Porro quae de Evolutis diximus ea generaliter locum habent in omnibus circumrotatis, quorum inter motum quomodocunque radius producitur, aut centrum mutatur. Idem enim semper locum habebit. Imo cavendum nonnihil. Ut si durante evolutione planum DLM propius accedat a D. versus B. non poterit spatium haberi via centri gravitatis N. in ipsum planum DLM. ducta. Ob eam rationem de qua supra locuti sumus ad fig. 1. Et ratio est, quia motui plani circumrotatorio quo quodlibet ejus punctum novum semper locum invenit, componitur motus rectilineus quo planum in sua vestigia succedit. Itaque ut supra fig. 1. illum tantum consideravimus centri E. motum, qui procedit secundum directionem utilem, ita idem hic faciendum est. Nempe consideremus quantus sit motus centri N, circumrotatorius tantum omisso rectilineo, adeoque exigui circuli NP, QR etc. in unum sunt addendi. Summa autem eorum facile haberi potest, scilicet nam descrescent ut ipsae NB, QS, quarum ratio habetur ex cognito ipsius N. vel DML. motu rectilineo.



[*Fig. 6a*]



fig. ⟨6⟩

[*Fig. 6b*]

1 f. medio | E, *ändert Hrsg.* | ipsum punctum | E. *ändert Hrsg.* | *(1)* novam *(2)* tertiam *L* 3 parallelas *(1)* curvas F *(2)* evolutione *L* 7 DLM *(1)* rotatione *(2)* motu *L* 8 aeqvale *(1)* curvae ab eius *(2)* solido *L* 11 inter | modum *ändert Hrsg.* | *(1)* qvodam *(2)* qvomodocunqve *L* 20 potest, *(1)* qvia si curva ABC divisa ponatur in partes aeqvales, *(a)* Arithmetice *(b)* decrescent proportionaliter *(2)* scilicet *L*

Considerandae quaedam rotationes obliquae, equidem si circa axem ACB. rotanda sit EDF recta, in eodem plano posita, utcunque inclinata, verum est, superficiem rotando genitam fore aequalem rectae EF in viam cen⟨tri⟩. Sed si recta EF in alio sit plano, id non procedit. Ratio differentiae, quia tangens circumferentiae AB descriptae priore casu est ipsi EF normalis, posteriore non est. Directio autem in tangente esse intelligitur; itaque ut inveniatur superficies obliqua rotatione descripta, ita procedendum. Motus centri gravitatis D. resolvatur in duos, unum perpendicularem ad lineam EF, alterum in se subingredientem, et omisso subingrediente quaeratur summa motuum perpendicularium, qui etsi singuli sint infinite parvi, progressio tamen eorum poterit calculo haberi; eaque summa quae est via utilis centri gravitatis, ducta in mobile, dabit superficiem genitam. Demonstravit Wrennus talem superficiem esse cylindroeidis Hyperbolici, unde operae pretium erit calculo exquirere, quae sit motuum utilium progressio; nam si aggregatum seu via haberi posset, inde haberetur curva Hyperbolae.

Caeterum notabimus Theorema generale: Via utilis centri gravitatis ducta in mobile, aequatur spatio percurso. Utilem viam voco, secundum quam mobile in sua vestigia non subingreditur. Sed quando totum mobile non uno movetur motu, ut in arcu flexo, ibi vero major difficultas. Imo generaliter cum curva movetur (in plano scilicet suo) multi enim semper sunt subingressus, et motus uni parti directus, alteri est obliquus.

Examinanda via utilis centri gravitatis chordae describentis Ellipsin. Aliaque id genus. Via utilis centri gravitatis non semper componit lineam ut patet.

1 *(1)* Considerandi qvidam motus *(2)* Considerandae *L* 4 qvia *(1)* recta qvae plano suo eg *(2)* linea qvae plano priore egreditur *(a)* ⟨—⟩ *(b)* directione ad planum suum normali nullo modo subingreditur in vestigia sua. Qvatenus autem *(aa)* obliqve *(bb)* obliqvo movetur angulo, eatenus composito ex duobus motibus motu moveri intelligi potest, uno subingrediente, altero acqvirente. *(aaa)* Idqve po⟨—⟩ *(bbb)* Qvemadmodum enim id supra fig. 1. contingebat *(aaaa)* linea *(bbbb)* recta in suo plano mota, ita nunc contingit ipsa in aliud planum transgrediente. Itaqve ut area *(aaaaa)* eius aestimetur, aestimand *(bbbbb)* aestimetur spatii qvod percurrit, (ideo ut supra fig. 1.) aestimandus tantum motus ad planum eius directus; is autem invenietur via centri gravitatis directa tantum aestimata. Ea enim ducta in ipsum mobile dabit spatium percursum *(3)* tangens circumferentiae | axe *gestr.* | AB *L* 5 est. *(1)* Itaqve *(2)* prorsus ut supra *(3)* directio *L* 7 unum *(1)* directum, seu *(2)* perpendicularem *L* 10 f. dabit *(1)* spatium. *(2)* su *(3)* superficiem *L* 12 exqvirere, *(1)* via utilis *(2)* aggrega *(3)* qvae *L* 18 subingressus, *(1)* et ob variantem perpetuo alius atqve alius *(2)* et *L* 19 utilis *erg.* *L*

11 Demonstravit: Chr. Wren, *Generatio corporis cylindroidis Hyperbolici*, in: *Philosophical Transactions* IV Nr. 48 vom 21. Juni/1. Juli 1669, S. 961 f. Leibniz bezieht sich möglicherweise auf die Darstellung in J. Wallis, *Mechanica*, 1670–1671, S. 556–567 (*WO* I S. 929–938); vgl. VII, 4 N. 34 S. 574.

Examinandus locus successivus solidi. 

Locus successivus prismatis vel cylindri ex AB in CD. est utique cylinder ipse ductus in BD. vel AC. si in recta axi ejus parallela feratur. Sed quod si aliter. An motum ejus in duos directum et transversum resolvemus. Sed hic non idem habebimus, ac si in ipsa linea ponamus moveri, nam 

AB non est $AC + CB$. Praeterea possumus idem solidum variis modis in infinita prismata sectum intelligi vel cylindros. Et videndum si diverso modo secando alio calculo, eandem semper obtineamus loci successivi summam, id enim necesse est. Videndum item an liceat simpliciter quando de solidi motu agitur viam centri gravitatis ducere in aream. Verum id quidem quando agitur verbi gratia de elevatione seu in linea recta perinde enim erit, ac si corpus ex centro gravitatis suspensum fuerit elevatum. Sed haec alias exactius discutienda.

Notanda quae hic de Cycloide.



[*Fig. 7*]

9 elevatione *(1)* Exam *(2)* elevati⟨o⟩ *(3)* locus enim successivus *(4)* seu *L*

11 alias: vgl. z. B. *Nova de constructionibus* (Cc 2, Nr. 1434), dat. 4. Juni 1676.

Curvae Cycloidis et omnium partium habetur dimensio et centrum gravitatis. Momentum scilicet ex AB, habebitur ipsis $BC \sqcap AF$ applicatis in O. Fit enim Parabola. Momentum ex AE habebitur ipsis φC. translatis in O. Jam ob Triangula sim. $\underbrace{EFA}$ et $\underbrace{\varphi OC}$ erit $\dfrac{\varphi C}{EA} \sqcap \dfrac{OC}{AF}$. et erit $\varphi C \sqcap \dfrac{OC, 2a}{AF}$ sive $\varphi C \sqcap \dfrac{OF\,2a + FC\,2a}{AF}$. Jam $\dfrac{OF\,2a}{AF}$ haberi possunt. Eorum enim summa dat parabolam, restat tantum $\dfrac{FC\,2a}{AF} \sqcap v$. Jam Triangula: $\underbrace{CNM}$ sim. $\underbrace{CGW}$ erit $CN, GW \sqcap CG, NM$. Est autem $NM \sqcap OF$. Ergo opus est OF in CG. Est autem CG differentia tum ipsarum OF, tum ipsarum FC. OF in suas differentias semper habentur. Fit enim semiquadratum ultimae OF. Eadem OF in differentias FC: Quid aliud sunt quam sinus arcubus insistentes, qui habentur, habetur. Sed haec jam patent, quia datur CN in GW aliunde. Nobis vero id non quaeritur sed $\dfrac{FC\,2a}{AF}$. Hoc sic inveniemus. Quia CS complet FC. arcum, et EF chorda est complementi, ideo pro $\dfrac{FC}{AF}$ quaeramus $\dfrac{CS}{EF}$ quae est aequalis $\dfrac{CT}{AE \sqcap 2a}$. Quaeritur ergo CT ad S. ad habendam $C\varphi$ ad O. Sed aliunde omnes $C\varphi$ ad O, + omn. CT ad S. dant momentum curvae ex AE, + mom. curvae ex RS, id est curvam cycloidis ductam in ER. circumferentiam. Habetur autem curva cycloeidis, ergo et rectangulum hoc ex circumferentia in curvam ex data circumferentia; ergo ex data circumferentia habentur $C\varphi$ ad O; + CT ad S. Ergo alterutrum eorum tolli potest. Inventa sic aequatione, restabit unicum cujus valor substituatur in superiori, ubi invenimus $\dfrac{FC}{AF}$ esse necessarium, et hoc quoque habebitur, unde oritur notabile ad inveniendum momentum Curvae cycloidis ex AE. vel SR. opus esse circumferentia circuli, nulla vero ejus portione quod mirum, et affine illi[s] quae ostendit Hugenius de cycloidis ratione temporis. Hinc jam centrum gravitatis cycloidis semper haberi potest etiam durante evolutione.

---

1 *Dazu, unter Fig. 7:* MQ in CG differentiolas arcuum si datur, datur curva cycloidis nempe secans falsa in Elementum curvae circuli. Unde methodus generalis pro talibus curvis.

---

20 ostendit: Chr. Huygens, *Horologium oscillatorium*, 1673, S. 42–58 [Marg.] (*HO* XVIII S. 158 bis 187). 24 nempe: vgl. VII, 4 N. 29 prop. 4 S. 522 u. S. 524.

78. SUPERFICIES CONI SCALENI
24. Mai 1676

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 V 6 Bl. 6. 1 Streifen von ca 21 x max. 3,8 cm. 9 Z. auf Bl. 6 r°. Bl. 6 v° leer. Bl. 6 bildete ursprünglich mit LH 35 XII 1 Bl. 311 (VII, 1 N. 32; VII, 3 N. 64; Cc 2, Nr. 1456; Druck in einem späteren Band der Reihe) ein vollständiges Bl. 2°. Cc 2, Nr. 1426

24. Maji 1676

S u p e r f i c i e s C o n i S c a l e n i



[*Fig. 1*]

Singularis inquisitio in superficiem Coni Scaleni ope viae centri gravitatis. Arcus Circuli $ABCD$. et E punctum in sublimi, unde fila EA. EB. EC. ED. quorum differentiae FB. GC. HD. in rectis EFB, EGC, EHD sumtae. Ponamus lineas rigidas esse EA, FB, GC, HD, ita dispositas ut figura ostendit, et EA translatam in EF secum auferre FB, et EF translatam in EG secum auferre GC, et EG translatam in EH secum auferre HD. ita ut semper tangat arcum. Patet hoc modo describi superficiem coni Scaleni, si puncta AB. BC. CD. infinite parvo absint intervallo. Quod si jam aestimetur quomodo durante motu mutetur centrum gravitatis totius A. FB. GC. HD. viaque ejus sive linea inveniatur, ea in summam horum ducta dabit superficiem coni Scaleni.

Idem locum habet pro omnibus conoeidibus scalenis, etiamsi basis non sit arcus Circuli.

7 24. Maji 1676 *erg. L* 8 S u p e r f i c i e s ... S c a l e n i *erg. L* 16 et | EGH *ändert Hrsg.* | translatam *L*

23 dabit: Die Behauptung ist nicht richtig.

79. ANALYSIS TETRAGONISTICA
26. Mai 1676

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 XIII 1 Bl. 442–443. 1 Bog. 2°, aus dem das obere Drittel von Bl. 442 ausgeschnitten ist. 2 S. auf Bl. 442 u. 1 1/3 S. auf Bl. 443. Am oberen Rand von Bl. 442 r° Rest einer Notiz algebraischen Inhalts ohne Bezug zum Haupttext (= S. 548 Z. 14 f.).
Cc 2, Nr. 1427

26 Maji 1676

A n a l y s i s T e t r a g o n i s t i c a



[*Fig. 1*]

In qualibet curva, in qua TB intervallum tangentis ad AB. constantem habet rationem[,] etiam rectangulum BCD ad rectangulum $ED(C)$ constantem habebit rationem, seu eam quam $(B)(C)(D)$ ad $(E)(D)((C))$ unde non mirum si totum spatium ad totum spatium constantem habet rationem. Unde habemus has quadraturas sine ulla figurae transmutatione in novam.

Rem prius demonstrabo: $TB \sqcap \frac{z}{v}AB$. ex hypothesi, z existente numero constante. Jam $TB, D(C) \sqcap BC, CD$. Ergo explicando TB erit $\frac{z}{v}AB, D(C) \sqcap BC, CD$. Ergo rectangulum BC, CD, ad rectang: $AB, D(C)$ vel $EC. D(C)$ ut numerus ad numerum seu ut z

8 26 Maji 1676 *auf Bl. 443 r° erg. L*   9 A n a l y s i s T e t r a g o n i s t i c a *erg. L*

ad v. Ergo et summa horum rectangulorum, seu spatium $CBFGC$ ad spatium $CEHGC$ eodem erit modo nempe ut z ad v.

Hinc jam nova Analyseos quadraturarum via aperitur, nimirum Omnes paraboloides et Hyperboloeides uno ex capite quadrantur, quia in illis Rectangula sub abscissis et differentiis ordinatarum, habent constantem rationem ad ordinatas in differentias abscissarum. Sint rectangula abscissarum in diff. ord. ut MN. Erunt [rectangula] ordinatarum in diff. absciss. ut NP. Haec pro his, sed generalius[:] Sint ordinatae y. abscissae x. differentiae abscissarum β. ordinatarum ω. Sint PN ut $y\beta$ et NR ut $x\omega$. Erit spatium $CBFGC$ ad spatium $CEHGC$ ut spatium $PN(N)(P)P$ ad spatium $RN(N)(R)R$. cum NP ad NR ut $(N)(P)$ ad $(N)(R)$. Infinitae fiunt figurae quadrabiles; quarum omnium quadratura, ut ita dicam resolvitur in quadraturam Trianguli. Credibile est ergo adhuc infinitas alias inveniri posse, si non sint ejusdem rationis $y\beta$ et $x\omega$, sed uno verbi gratia procedente, ut ordinatae trianguli PN, alterum procedat ut ordinatas parabolae. Et sic credibile est ex sola hac applicatione, si scilicet sint $x\omega$ ad $y\beta$ ut applicatae parabolae ad abscissas debere infinitas iterum oriri curvas novas, ut ex relatione ordinatae Trianguli ad abscissas infinitae ortae sunt. Et infinities infinitae habebuntur curvae, quadrabiles novorum semper graduum quibus forte continebuntur quadrabiles omnes. Primus gradus Quadrabilium fuit paraboloeidum et Hyperboloeidum, cum eadem est ratio seu cum ut applicatae Trianguli. Proximus gradus infinitarum, cum sunt $x\omega$ et $y\beta$ ut ordinatae paraboloeidum ad abscissas. Hactenus dubitatum fuit an ullae essent figurae quarum non figura ex paraboloeidibus et Hyperboloeidibus penderet. Hic ecce novae prodeunt. Quae novae rursus alias dabunt et ita in infinitum. Praeterea hac methodo reducentur figurae ad quadraturam circuli, et Hyperbolae quando ex illis pendent, ut si PN sit applicata Trianguli NR Hyperbolae, figura in qua hoc contingeret penderet ex quadratura Hyperbolae. Poterit hoc modo fieri forte, ut figura aliqua pendet ex se ipsa, (vel pendente ex se ipsa) et habeatur aequatio.



[*Fig. 2*]

5 ordinatas | seu *ändert Hrsg.* | differentias *L* 7 f. NP. *(1)* vel sunt ordin *(2)* | Haec … generalius *erg.* | sint *L* 15 parabolae *(1)* ita una sola figura *(2)* Et *L* 23 ex *(1)* parabolis *(2)* paraboloeidibus *L*

3 nova … via: vgl. III, 1 N. 73_3 S. 362 f. 11 *Fig. 2*: Eine gestrichene Vorstufe wird nicht wiedergegeben.



[*Fig. 3*]

Item possunt aliae fieri resolutiones, ut si tale quid eveniat in relatione inter Triangula $AB(B)$ et Rectangula: $DB(B)(D)$. item Triangula ex diversis sumta centris, ut A. et E. Imo possunt ea etiam esse ab eadem curvae parte. Si enim detur ratio sectoris $AB(B)((B))$ ad sectorem $FB(B)((B))$ utique dabitur segmentum $B((B))(B)B$. Poterunt et misceri triangula et rectangula ejusdem lateris ut $EB(B)$ et $GB(B)(G)$. item rectangula et rectangula ejusdem lateris, ut $GB(B)(G)$ et $DB(B)(D)$. Servit ingens ista varietas ad instituendam analysin in figura data.

Hoc amplius fieri posset, ut ad se invicem referentur rectangula vel Triangula quae tamen non ad eandem curvae portionem sumantur; sed inverse, et tunc absolvendo donec utrobique in unum coeant, et una progressio finiat ubi altera coeperit mutuo. Tunc ea via serviet, ad certas determinatas figurarum portiones, seu totas figuras, certo modo sumtas inveniendas; ejus enim ope non aliter portiones inveniri possunt sed tantum tota. Ut si in prima figura sit ECL certae relationis ad $((B))((C))((D))$, et ita porro coeundo donec veniatur ad relationem $ED(C)(E)$ ad $(E)(D)((C))$. Tunc si relatio ista est ut figurarum quadrabilium habebitur tota figura, non vero portiones. Idem de triangulis quoque et rectangulis aliis quomodocunque semper locum habet et hoc quidem modo spes est posse aliquas figuras quadrari ex toto, quarum partes certam quadraturam non ferunt constantem, qualis alioquin daretur si directe procedi possit.

3 item *(1)* rectangula *(2)* Triangula *L*



[*Fig. 4*]

Caeterum nonnihil exemplis haec applicando, et primum generaliter consideremus: $ax^2 + bxy + c^2x \sqcap ey^2 + d^2y + f^3$ unde $2axt + bty + c^2t \sqcap 2ey^2 + d^2y - bxy$ et: $t \sqcap \dfrac{2ey^2 + d^2y - bxy}{2ax + by + c^2}$. Et $\dfrac{t}{y} \sqcap \dfrac{\beta}{\omega}$. erit $\sqcap \dfrac{2ey + d^2 + bx}{2ax + by + c^2}$. et fiet: $2ax\beta + by\beta + c^2\beta \sqcap 2ey\omega + d^2\omega + bx\omega$. Ponamus $e \sqcap 0$. ut y habeatur pure, et fiet: $y \sqcap \dfrac{d^2\omega + bx\omega - 2ax\beta - c^2\beta}{b\beta} \sqcap \dfrac{ax^2 + c^2x - f^3}{d^2 - bx}$. Et fiet denique: $\omega \sqcap b\beta ax^2 + b\beta c^2x - f^3\beta b; + \overline{2ax + c^2}, d^2 - bx, \beta,, \smile d^4 - b^2x^2$. Sed hic calculus nimis prolixus.

Sumamus potius particularia, et videamus an methodus quaedam inveniri possit, qua fiat, ut posita $CB(B)D \sqcap v$ sit $DE(E)(C) \sqcap \dfrac{v^2}{a}$. Primum certum est curvam talem



[*Fig. 5*]

non fore paraboloeidem nec Hyperboloidem; deinde erit $AECA$ ad $ABCA$ ut MNR ad MPN. seu ut trilineum parabolicum ad Triangulum, ejusdem altitudinis. Est autem $PN \sqcap MN$. et sit $PN \sqcap v$. $NR \sqcap \dfrac{v^2}{a}$. Erit $MPN \sqcap \dfrac{v^2}{2}$. et $MNR \sqcap \dfrac{v^3}{3a}$. Ergo erit $AECA$ ad $ABCA$ ut $2v$ ad $3a$. seu ut $2y\beta$ ad $3a$. Habemus $v \sqcap y\beta$. et $x\omega \sqcap \dfrac{v^2\beta^2}{a^2}$. $ABCE \sqcap xy$. $\int \overline{y\beta}$ ad $\int \overline{x\omega}$ ut $2y\beta$ ad $3a$ et $\int \overline{y\beta} + \int \overline{x\omega} \sqcap xy$. Ergo $\int x\omega \sqcap xy - \int y\beta \sqcap 3a \int y\beta \smile 2y\beta$. Ergo $\dfrac{2xy^2\beta}{3a + 2y\beta} \sqcap \int y\beta$. Si y potuisset ita ut restitissent solum x et β. habuissemus hinc inversa methodo figuram determinatam; sed forte id fieri non potest et

1 applicando, *(1)* et | in *erg.* | Circulo primum experiamur aliqva *(2)* et *L* 2 consideremus: *(1)* $\mathrm{x^2 + 2xy}$ *(2)* $\mathrm{lx^2 + bxy + c^2x}$ *(a)* + *(b)* $\mathrm{-d^2y}$ *(aa)* + *(bb)* $\mathrm{-e^3}$ | $\sqcap 0$ unde transponendo *streicht Hrsg.* | fiet: $\mathrm{2ltx+}$ *(aaa)* 2b *(bbb)* $\mathrm{bty + c^2t \sqcap -bxy-}$ *(3)* $\mathrm{ax^2+}$ *L* 13 $\sqcap \dfrac{\mathrm{v^3}}{\mathrm{3a}}$ *(1)* | ergo *streicht Hrsg.* | posita $\mathrm{AB \sqcap v}$ erit *(2)* ergo *L*

4 erit $\sqcap$: Auf der rechten Seite müsste es im Zähler $-bx$ lauten. Leibniz rechnet mit dem falschen Vorzeichen konsequent weiter bis Z. 7. 15 $2y\beta$ ad $3a$: Der Kehrwert $\dfrac{3a}{2y\beta}$ wäre richtig. Dadurch ergibt sich in Z. 16 für $\int y\beta$ statt $\dfrac{3axy}{3a + 2y\beta}$ ein fehlerhafter Ausdruck.

infinitae sunt figurae satisfacientes. Minime tamen licet y pro arbitrio assumere. Nondum ergo satisfactum, nec exemplum tale invenimus.



[*Fig. 6*]

Videamus nunc in conicis, ut analysin datae figurae hoc modo tentemus. In Circulo est $C(C) \sqcap \dfrac{FC, \beta}{BC}$ seu $\dfrac{a\beta}{\sqrt{a^2 - x^2}}$. Ergo Triangulum $FC(C) \sqcap \dfrac{a^2\beta}{2\sqrt{a^2 - x^2}}$ et $BCD \sqcap \beta\sqrt{a^2 - x^2}$. Sit $\beta\sqrt{a^2 - x^2} \sqcap \varphi v$. $\sqrt{a^2 - x^2}[\sqcap]$ $\dfrac{v\varphi}{\beta}$ et $a^2 - x^2 \sqcap \dfrac{v^2\varphi^2}{\beta^2}$. et $FC(C) \sqcap e\varphi$. Ergo $\sqrt{a^2 - x^2} \sqcap$ $\dfrac{a^2\beta}{2e\varphi}$. et $a^2 - x^2 \sqcap \dfrac{a^4\beta^2}{4e^2\varphi^2}$ et fiet: $a^4 - 2a^2x^2 + x^4 \sqcap$ $\dfrac{a^4v^2\varphi^2\beta^2}{4e^2\varphi^2\beta^2}$. et $a^2 - x^2 \sqcap \pm\dfrac{a^2v}{4e}$. Ergo $x^2 \sqcap \dfrac{4ea^2 \pm a^2v}{4e}$. et $x \sqcap \dfrac{a}{2}\sqrt{4 \pm \dfrac{v}{e}}$. Sed hic analysi nostrae difficilis objicitur nodus quod scilicet x reperitur non per solam v sed per $\dfrac{v}{e}$. Est tamen in nostra potestate alterutram earum v. et e. explicare. Neque enim necesse est ut alterutra ipsarum v. vel e. sit ad Triangulum, sed possumus aliquam earum sumere pro arbitrio, modo illius sic haberi possit summa. Ponamus ergo $e \sqcap \varphi$. Aequari scilicet constanti φ, adeoque Triangula illa $FC(C)$ esse aequalia, eorum summa seu figura MNP paginae superioris erit rectangulum et habebitur x absolute, $x \sqcap \dfrac{a}{2}\sqrt{4 \pm \dfrac{v}{a}}$ vel aequatio erit: $4x^2a \sqcap 4a^3 \pm a^2v$. Quaeritur differentia ipsarum x. Ponimus ipsarum v differentiam esse ψ: Quaeramus differentiam ipsarum x^2, quod fit tantum quaerendo TB tangentem

---

4 f. *Daneben:* $FB \sqcap x$. $BC \sqcap y$.

10 v *(1)* sed per *(2)* | vel *ändert Hrsg.* | per *(a)* solam *(b)* $\dfrac{\mathrm{v}}{\mathrm{e}}$ *L* 17–542,1 qvaerendo *(1)* tangentem *(2)* TB | tangentem *erg. Hrsg.* | figurae *L*

---

9 $\sqcap \pm\dfrac{a^2v}{4e}$: Der Nenner müsste $2e$ lauten. Dies wirkt sich, zusammen mit weiteren Versehen, bis S. 542 Z. 6 aus.

figurae, cujus talis esset aequatio, fingendo AB esse v. et BC esse x. fingendo scilicet interim et figura priore huc utendo, ne nova opus sit, fiet $\mp 8x^2a \sqcap ta^2$ et $\mp\frac{8x}{a} \sqcap \frac{t}{x} \sqcap \frac{\psi}{dx \sqcap \beta}$ et $\beta \sqcap \frac{\mp a\psi}{8x}$. Et erit $\beta^2 \sqcap \frac{a^2\psi^2}{x^2} \sqcap \frac{v^2\varphi^2}{a^2-x^2}$. et $a^4\psi^2 - a^2\psi^2x^2 \sqcap x^2v^2\varphi^2$. et $x^2 \sqcap \frac{a^{\cancel{4}2}\psi^2}{v^2\varphi^2+a^2\psi^2} \sqcap \frac{4a^{\cancel{3}} \mp \cancel{a^2}v}{4a}$. Ergo $4v^2\varphi^2a - 4a^3\psi^2 \mp v^3\varphi^2 \mp a^2\psi^2v$ [$\sqcap 0$]. Habemus figuram ex quadratura Circuli pendentem sed non sufficienter expressam, scilicet relatione tantum ad differentias suas, ψ. exprimuntur ipsae v. aut potius $d\overline{v} \sqcap \psi$. et $d\overline{v}^2 \sqcap \frac{4v^2\varphi^2a \mp v^3\varphi^2}{\mp a^2v - 4a^3}$. Ex his datis quaeritur v. Sed ea inventa nihil aliud habebitur quam figura pendens ex circuli quadratura.

Difficile ergo saepe etiam in datis figuris facere ejusmodi analyses. Idemque semper fiet, quotiescunque in valorem ipsius x, ingredietur utraque tam v. quam e. Quod si alterutra earum ingrediatur tantum, tunc manente altera indeterminata ut e, poterit haec quae ingreditur ut v sumi pro arithmetica, et ejus differentia ψ. erit $\sqcap \varphi$. Et invenietur relatio inter v. et e. sine alia indeterminata. Itaque ex pluribus analysibus possibilibus eligendae eae, quibus valor ipsius x. habetur per solam v. vel per solam e. Fateor nihil aliud ex hac analysi haberi, quam novam figuram ex datae quadratura pendentem, vel contra. Spes tamen magna est ingentis ex ea fructus, ob primi casus foecunditatem.

Nota quandocunque ipsae BCD sunt in reciproca ratione ipsarum $ED(C)$. tunc momentum omnium $ED(C)$ ex AB erit constans quantitas (scil. posita CD constante) factum ex BC, in $ED(C)$, quod est semper constans; + factum ex ED in $\frac{D(C)}{2}$. seu + momentum omnium $\frac{D(C)^2}{2}$ ex vertice. Sed hoc obiter. Illud interim didici quod non putabam, ne in analyticis quidem figuris omnia esse in potestate, nec posse verbi gratia semper inveniri relationem inter BCD et $ED(C)$, id est figuram cujus ordinatae verbi gratia sint ad abscissas ut $ED(C)$ ad BCD.

Imo corrigo me nunc et arbitror errorem ex eo ortum quod β explicare volui, nec ponere constantem, aliamve, quasi scilicet x non possit sumi arithmetica aliave pro arbitrio, imo videtur nisi assumatur quaestionem esse frivolam, et relationem fore aliam atque aliam. Audacter ergo ponamus $\beta \sqcap \varphi$. Fiet statim: $\frac{a^2}{2e} \sqcap v$. ipsis itaque e. seu exiguis arcubus positis arithmetice proportionalibus (idem enim est ac si id dicas de Triangulis, erunt



[*Fig. 7*]

rectangula BCD harmonice proportionalia seu BCD erunt ipsis $FC(C)$ reciproca). Ergo si $NP \sqcap MP$ ut e. et PR ut v. erit curva R hyperbola. Sed quoniam ita haberetur quadratura circuli ex Hyperbolae quadratura et contra, imo et spatium Hyperbolicum infinitum, quae omnia absurda videntur, ideo redeundum ad superiora, et negandum, id procedere quia positis β. constantibus seu x arithmeticis ipsae v non sunt arithmeticae.

$\cancel{a}, \sqrt{\beta^2+\omega^2} \sqcap e\cancel{a}$. $\sqrt{a^2-x^2}\beta \sqcap va$. $\dfrac{a\beta}{\sqrt{a^2-x^2}} \sqcap \sqrt{\beta^2+\omega^2}$ et $\dfrac{a^{\cancel{2}}\beta}{\sqrt{\cdots}} \sqcap e\cancel{a}$. Ergo $a\beta^2 \sqcap aev$. et $a^2-x^2, \beta^2 \sqcap v^2a^2$. et $\beta^2 \sqcap \dfrac{v^2a^2}{a^2-x^2} \sqcap ev$. et $va^2 \sqcap a^2e-x^2e$. $\beta^2 \sqcap ev$. et $x^2 \sqcap \dfrac{a^2e-va^2}{e}$. Ubi tamen non est satis datorum, ut possit adhuc semel inveniri aliquid, cujus ope habeatur aequatio in qua extent non nisi e et v. Nec vero licet β pro arbitrio assumere, tunc enim frustra utemur e. et v. quia non erunt amplius liberae, sed resolvendae. Itaque nescio an sint aliae praeter paraboloeides Curvae, in quibus absolute possit inveniri, quia tamen ipsa β includit x. Ita ideo tota res huc redit: $d\overline{x}^2 \sqcap ev$. et $x^2 \sqcap \dfrac{a^2e-va^2}{e}$. Ope harum duarum aequationum tollenda x, unde fiet: $\int \overline{\sqrt{ev}} \sqcap a\sqrt{\dfrac{e-v}{v}}$. cujus figurae quadratura pendet ex quadratura Circuli. Interea methodus ista utilissima ad quaestiones tangentium inversas, ista enim figura utique certa est et exhibet relationem de qua quaeritur.

---

15 *Am Rand, mit* $\int \overline{\sqrt{ev}} \sqcap a\sqrt{\dfrac{e-v}{v}}$ *durch einen Hinweisstrich verbunden:* Nondum certum quod haec aequatio sit ad curvam unicam[,] est enim forte ad infinitas.

1 proportionalia *(1)* itaqve ex dato qvad *(2)* seu *L* 10 $\sqcap \dfrac{\mathrm{a}^2\mathrm{e}-\mathrm{va}^2}{\mathrm{e}}$. *(1)* ubi tantum opus est β. sumi talem *(2)* ubi *L*

---

15 $\sqcap a\sqrt{\dfrac{e-v}{v}}$: Richtig wäre $a\sqrt{\dfrac{e-v}{e}}$.



[*Fig. 8a*]



[*Fig. 8b*]

An ergo sic ob ipsam β operam ludere analysis videtur? Fatendum est, nisi unus forte casus adhuc prodesse possit cum duo Triangula conferuntur diversa, ex diversis centris. Ut in circulo ex F centro communiter dicto et A vertice. Sit $FB \sqcap x$. et $B(B) \sqcap \beta$. Erit $C(C) \sqcap \dfrac{a\beta}{\sqrt{a^2-x^2}}$. quod ductum in $\dfrac{a}{2}$ dabit Triangulum rectangulum $F(C)C \sqcap \dfrac{a^2\beta}{2\sqrt{a^2-x^2}} \sqcap e\varphi$. Si ex A tangenti productae $(C)C$ occurrat L. erit AL in $B(B)$ aequalis duplo Triangulo $AC(C)$.

7–545,1 AC(C) *(1)* jam si *(a)* AB $\sqcap$ *(aa)* a *(bb)* y. est 2ay *(b)* BC $\sqcap$ y. *(aa)* erit AL $\sqcap$ *(aaa)* $\dfrac{2\mathrm{ay}^2}{\mathrm{a}^2+\mathrm{y}^2}$ *(bbb)* y. vel $\sqcap$ *(bb)* erit AB. *(cc)* et Triangulum AC *(dd)* et Triangulum AC(C) erit $\dfrac{\mathrm{a}\beta\,\overline{\mathrm{a}^2-\mathrm{x}^2}}{\mathrm{a}^2+\mathrm{a}^2-\mathrm{x}^2}$. $\sqcap$ vφ. fiet $\dfrac{\mathrm{v}}{\mathrm{e}} \sqcap \dfrac{\mathrm{a}^2-\mathrm{x}^2}{2\mathrm{a}^2-\mathrm{x}^2} \frown \sqrt{\mathrm{a}^2-\mathrm{x}^2}$. seu $\dfrac{\mathrm{v}}{\mathrm{e}} \sqcap \dfrac{\mathrm{y}^3}{\mathrm{a}^2-\mathrm{y}^2}$ Unde rursus jungendo in unum aeqvationem pro valore y. et pro valore β redibit difficultas prior Qvaeramus AS perpendicularem ad *(aaa)* LC *(bbb)* C(C) AS *(aaaa)* $\sqcap$ *(bbbb)* : AL :: *(aaaaa)* AC *(bbbbb)* BC seu y : FC seu a. ergo AS $\sqcap$ *(aaaaaa)* $\dfrac{2\mathrm{ay}^3}{\mathrm{a}^2+\mathrm{y}^2}$ *(bbbbbb)* $\dfrac{2\mathrm{y}^3}{\mathrm{a}^2+\mathrm{y}^2}$ sit C(C) constans reddenda seu $\dfrac{\mathrm{a}\beta}{\mathrm{y}} \sqcap$ *(aaaaaaa)* ψ *(bbbbbbb)* λ posita *(aaaaaaaa)* ψ *(bbbbbbbb)* λ constante fiet: $\dfrac{\mathrm{a}\lambda}{2} \sqcap \mathrm{e}\lambda$. qvare e in hoc casu etiam constans et $\lambda\mathrm{y}^3 \smile \mathrm{a}^2+\mathrm{y}^2 \sqcap \mathrm{v}\lambda$. ergo *(aaaaaaaaa)* et *(bbbbbbbbb)* $\mathrm{y}^3 \smile \mathrm{a}^2+\mathrm{y}^2 \sqcap \mathrm{v}$. sed restat difficultas prior, sciendum est enim quomodo *(aaaaaaaaaa)* ipsa *(bbbbbbbbbb)* ipsa y. progrediatur. eqvidem *(aaaaaaaaaaa)* $\dfrac{\mathrm{v}}{\beta}$ *(bbbbbbbbbbb)* $\dfrac{\mathrm{y}}{\beta} \sqcap \dfrac{\mathrm{a}}{\lambda}$. et *(2)* Si | A$\Lambda$ *ändert Hrsg.* | sit L

Si $\underset{h}{AL}$ sit h. erit $AB \sqcap \dfrac{2ah^2}{a^2+h^2}$. Ergo $a^2x+h^2x \sqcap 2ah^2$. et $a^2x \sqcap 2ah^2-xh^2$ et $h^2 \sqcap \dfrac{a^2x}{2a-x}$. et $h \sqcap a\sqrt{\dfrac{x}{2a-x}}$. Jam $AS : AL :: y : a$. Erit $AS \sqcap x \sqcap AB$. ut constat. Ergo fiet: $xa\beta \smile \sqrt{a^2-x^2} \sqcap v\varphi$. et $a^2\beta \smile \sqrt{a^2-x^2} \sqcap e\varphi$. Et fiet v ad e, ut x ad a. Et video nostram methodum non omnino usu carere.



[*Fig. 9*]

Ope centrorum; nimirum certum est $\dfrac{AS}{2}$ in $C(C)$ esse ad $\dfrac{F(C)}{2}$, $C(C)$ ut AS ad $F(C)$ id est ut x. ad a. Jam si $BV \sqcap AL$ erit $VB(B) \sqcap v\varphi$. Et si $BE \sqcap FG$ erit $EB(B) \sqcap FC(C)$ eritque $EB(B)$ ad $VB(B)$ seu e ad v seu $e\varphi$ ad $v\varphi$ ut $FA \sqcap FC$ ad AB. Ducta recta AMD. Videndum an quia ordinatae sint ut a ad x. sint summae seu figurae $ABEP$ ad fig. ABM, seu $\int e$ ad $\int v$, ut $\int a$ ad $\int x$ seu ut figurae rectang. ABN, et Triang. ABM. Quod si verum esset haberetur quadratura. Sed id verum non est. Alioqui darentur quadraturae omnes multis modis ut $\dfrac{a^2}{x}$ ☽ ad $\dfrac{a^3}{x^2}$ $\odot$ ut x ad a. Datur autem $\int \odot$. Ergo si esset $\int \odot$ ad $\int$ ☽ ut $\int a$ ad $\int x$. daretur etiam Quadratura Hyperbolae.

1 Ergo *(1)* | h $\sqcap$ *streicht Hrsg.* | *(2)* $\mathrm{a^2x+}$ *L*

---

1 Ergo: Leibniz benutzt im Folgenden $AB = x$ statt wie bisher $AB = a - x$. Dadurch werden die Ausdrücke für $v\varphi$ und $e\varphi$ in Z. 3 falsch; die Fehler heben sich bei der anschließenden Quotientenbildung auf.

Videndum est tamen adhuc an posito $\dfrac{e}{v} \sqcap \dfrac{a}{x}$. certo constante modo componatur ratio $\dfrac{\text{summ.}\, e}{\text{sum.}\, v.}$ ex ratione $\dfrac{\int a}{\int x}$. Ut si adhuc justius dicatur $\dfrac{\text{summ.}\, e\, d\overline{x}}{\text{summ.}\, v\, d\overline{x}} \sqcap \dfrac{\int a\, d\overline{x} \sqcap a \int dx \sqcap ax}{\int \overline{xdx} \sqcap \dfrac{x^2}{2}} \sqcap \dfrac{2a}{x}$. Sed quoniam nondum inventus modus derivandi Unum ex altero, nec satis scio, utrum id fieri possit, et utrum constans aliqua sit derivatio: Itaque restat unicus analyseos nostrae (praeter inversas methodos hinc ducendas) fructus hic ut sumtis punctis pro arbitrio, et directricibus atque angulis pro arbitrio, quaeratur, possintne aliquando reperiri rectangula vel triangula ita assumta, ut constantem habeant rationem. Quae inquisitio analytica sive determinata est sive in nostra potestate, generaliter enim possimus punctum eligere quodlibet et directricem eligere quamlibet.



[*Fig. 10*]

Nimirum non loquendum tantum de exiguis istis ad portiones tangentium infinite parvas Triangulis, sed aestimanda etiam res ad portiones majores tangentium et chordas, ut $FC\mu$. ad $BC\mu(B)$ vel $CB(B)D$. Sed videndum an non quicquid tale est. Debeat semper in tangentibus etiam apparere. Tantum videndum an nihil referat, quomodo $AB \sqcap x$ et $\beta \sqcap B(B)$. explicentur.

Et primum pro certo videtur si verbi gratia $CB(B)\mu$ ad $F\lambda\mu$ constantem habet rationem. Id semper appariturum in infinite parvis quoque. Videamus $x\beta + \beta^2$ ad $\dfrac{z}{a}x\beta + \dfrac{z}{a}\beta^2$. Vides eodem modo apparituram etsi ponas β infinite parvam. Eodem modo credo apparebit, si constans ratio sit, nihil referre debere.

Haec ergo methodus analytica plane determinata est. In qualibet figura generali enim pro ipsa calculo enumerare licet omnes possibiles Triangulorum aut rectangulorum collationes; sumtis pro arbitrio punctis fixis seu centris; angulis ordinatarum, et directricibus. Et quando jam ante constat id fieri non posse, quando scilicet constat generalem non

2 $\dfrac{\text{summ e d}\overline{\text{x}}}{\text{summ a d}\overline{\text{x}}}$ *L ändert Hrsg.* 19 in *(1)* tangentibus qvoqve *(2)* infinite *L* 25 constat *(1)* portiones *(2)* generalem *L*

19 *Fig. 10*: Eine gestrichene Vorstufe zur Figur wird nicht wiedergegeben.

posse inveniri figurae quadraturam; tunc tentandum superest an non id obtineri possit diversa et a se invicem remota vel ut ita dicam opposita Triangula et rectangula inter se jungendo primum unius seriei, ultimo alterius seriei; talis enim methodi ope haberetur figura tota, etsi non singulae partes. Itaque pro analysi quadraturarum haec videtur via maxime naturalis.

Videatur variis modis quomodo in Triangula et parallelogramma resolvi possit uno calculo generali. Et utendo initio non infinite parvis sed ordinariis, nempe Triangulis aut Trapeziis aut scalaribus figuris, examinetur an non aliquando eorum sit progressio transcendens inde cum certum est non posse generalem inveniri quadraturam. Ut jam factum in Hyperbola Circulo et Ellipsi. Ubi examinandi modi quibus id maxime apparet, ut progressio Hyperbolae portionum redit ad sectionem rationis[,] Circuli ad sectionem anguli, altiores ad alias. Videndum scilicet ad quod problema redeat aequaliter secare curvae portionem datam, seu polygonum regulare ei inscribere, aliaque id genus. Inde enim naturalissime incipietur, eamque in rem analytica quaedam paranda est via. Ea enim videtur vera Clavis, quia statim ostendit Quadraturarum generalium possibilitatem, et omnia tentamenta praescindit, quae eam dare posse videbantur: Nec dubitandum videtur rem rædituram ad totidem progressiones, quot sunt radicum aequationum determinandarum modi scilicet nunc ponendo $x \sqcap a$ pro Hyperbola, nunc $x \sqcap a + b$ pro circulo et ita videndum quae figurae sectae construant omnes aequationes, ubi $x \sqcap a + b + c$. Et ut revocatur Hyperbola ad Curvam parabolicam[,] Circulus ad Circularem, ita non videtur dubitandum et caeteras ad quasdam curvas certa ratione redituras. Quod si jam inventa est in figura portionum progressio, seu solutio problematis: datam figurae portionem aequaliter dividere, in certum partium numerum, similesque, vel etiam bisecare vel ei polygonum regulare circumscribere, vel spatium scalare adscribere, quod sit regulare, aliaque id genus; tunc superest ut videamus an non certa ratione duae diversae portiones diversis locis inter se jungi possint ut fiat progressio aliqua cujus haberi possit summa. Notabile erit si sit saltem non transcendens, sed non sufficiens, quia tunc reducetur totius inventio rursus ad alterius progressionis summationem.

---

25 f. NB.

6 et *(1)* rectangula resolvi possit *(2)* parallelogramma *L* 7 nempe *(1)* polygo *(2)* Triangulis *L* 11 sectionem *(1)* angu *(2)* rationis *L* 12 f. secare *(1)* Hyperbolae aut Elli *(2)* curvae *L* 17 qvod *L ändert Hrsg.*

Videndum quomodo illa methodus polygonorum regularium, et spatiorum scalarium regularium in Ellipsi et Hyperbola ad alias produci possit curvas; tentanda res in illis figuris quarum habetur sectio et dimensio, ut facilius artificium naturae intelligatur; nimirum condenda theoremata quibus curvarum anguli et similia intercedant et opus est quaeri maxima Triangula inscripta portionum; vel alia id genus; ut tandem veniatur ad aliquid constans. Haec methodus si succedit vel exhibet quadraturam generalem vel quadraturae generalis impossibilitatem, et si succedit, aequationem saltem transcendentem exhibet quadratricis, ut prior seu superior nostra si succedit exhibet quadraturam; nunquam vero probat impossibilitatem quadraturae generalis. Habet tamen hoc prae altera, ut enumerari possint omnes modi possibiles; quibus scilicet inveniri possint eandem habentia rationem Triangula vel parallelogramma, ut si non succedat, certum sit non posse illa ullo modo inveniri Triangula vel parallelogramma constantem rationem habentia.

[*Rest einer algebraischen Notiz ohne Bezug zum Haupttext*]

Si $\frac{a^2}{b} \sqcap \frac{b}{c^2}$. erit et $\sqcap \frac{a}{c}$ ☿. Nam $\odot$ ☽ $\sqcap$ ☿^{2}. At $\odot$ ☽ $\sqcap \odot^2 \sqcap$ ☽^{2}. Ergo $\odot^2 \sqcap$ ☽$^2 \sqcap$ ☿^{2}. Ergo $\odot \sqcap$ ☽ $\sqcap$ ☿. positis tamen omnibus affirmativis.

8 prior *(1)* non exhibet qvadratura *(2)* seu *L* 14 *(1)* $\frac{a}{b} \sqcap \frac{b}{c}$ Si $\frac{a^2}{b} \sqcap \frac{b}{c^2}$. erit *(a)* $\frac{a}{c} \sqcap$ *(b)* $\frac{b}{c^2} \sqcap \frac{a^{\langle 2 \rangle}}{b}$ *(2)* Si *L*

80. QUADRATURA HYPERBOLAE PER LOGARITHMOS. TENTAMENTUM DE QUADRATURA CIRCULI

27. Mai 1676

Überlieferung: *LuT* Gesprächsaufzeichnung (Leibniz und Tschirnhaus): LH 35 XII 1 Bl. 317. 1 Zettel ca 21 x 10,7 cm. 1 S. auf Bl. 317 r°. Auf Bl. 317 v° Cc 2, Nr. 1428 B (Druck in einem späteren Band der Reihe).
Cc 2, Nr. 1428 A

[*Leibniz*]
27 Maji 1676.

Q u a d. H y p. p e r L o g a r i t h m.
T e n t a m e n t u m d e q u a d. C i r c.



[*Fig. 1a*]



[*Fig. 1b*]

9 27 Maji 1676. *erg. L* 10 f. q v a d. . . . C i r c. *erg. L*

12 f. *Fig. 1a* . . . *1b*: Leibniz hat in beiden Figuren und im zugehörigen Text zwei verschiedene Punkte mit E benannt. Zur besseren Unterscheidung wird jeweils einer mit E' bezeichnet.

Si $A.\,B.\,C.\,D.\,E.$ geometrice proportionales $ABE'F$, $BCGE'$ esse aequales verum non est. Sed ita si $ED.$ $EC.$ $EB.$ EA sint geometrice proportionales spatia $DCGH.$ $CBE'G.$ $BAFE'$ erunt aequalia. Sed non debet adjici spatium infinitum $LEDH$. Hoc etiam provenit ope serierum infinitarum. Ex hac aequalitate demonstrabitur spatium Hyperbolicum esse data quantitate majus. Inferius tamen cuilibet infinities sumtae.

$$\frac{1}{1}\quad \frac{2}{2}\quad \frac{3}{4}\quad \frac{2}{8}\quad \frac{1}{16}\quad \sqcap\ \frac{3}{2}$$

$$\frac{1}{1}\quad \frac{2}{2}\quad \frac{3}{4}\quad \frac{4}{16}\quad \frac{5}{32}\quad \text{etc.}\quad \frac{z}{2^z}+\frac{z-1}{2^{z-1}}+\frac{z-2}{2^{z-2}}\ \text{etc.}\ \sqcap\ 4.$$

$$\frac{1}{1}\quad \frac{2}{2}\quad \frac{3}{4}\quad \frac{4}{16}\quad \frac{5}{32}\quad \text{etc.}\quad \frac{z}{2^z}\quad \frac{z-1}{2^{z-1}}$$

[*Leibniz oder Tschirnhaus*]



[*Fig. 2*]

---

8 *Darüber, Leibniz:* 100,000

1–5 Si ... E. *(1)* arithmetice *(2)* geometrice ... ABEF, | ACGF *ändert Hrsg.* | esse ... geometrice | aeqvales *ändert Hrsg.* | spatia ... sumtae *erg. L* 8 $\frac{5}{32}$ etc *(1)* $\frac{100,000}{2^{100,000}}$ *(2)* $\frac{z}{2^z}$ *L*

---

1 Si $A.\,B.\,C.\,D.\,E.$: Gemeint ist wohl, dass AB, AC, AD und AE in geometrischer Proportion sein sollen. 6 $\sqcap\ \frac{3}{2}$: Der korrekte Wert ist $3+\frac{1}{16}$. In den folgenden beiden Zeilen unterlaufen Leibniz weitere Versehen. Das Bildungsgesetz der betrachteten Folge lautet richtig $a_z=\sum_{k=1}^{z}\frac{k}{2^{k-1}}+\sum_{k=1}^{z-1}\frac{z-k}{2^{z-1+k}}$. Es gilt $\lim_{z\to\infty} a_z=4$.

[*Leibniz und Tschirnhaus*]



[*Fig. 3*]

[*Tschirnhaus*] $\sqrt{}$

[*Leibniz*] 2 3

[*Tschirnhaus*] a b

[*Leibniz*]

Si ope curvae rationalis ex circulo ortae inveniri posset certa ratio, inter duas series infinitas duo circuli segmenta, ut ABD et $BCED$ exprimentes (ut in hyperbola hoc fit) haberetur circuli quadratura, et exprimeretur ejus quantitas tantum per signum quadraticum $\sqrt{\ldots}$.

Saepe dum exemplorum rationem sive demonstrationem, vel etiam si fieri posset refutationem quaerimu⟨s⟩ invenimus demonstrationem generalem.

6–9 Si … inter *(1)* duo qvaedam circ *(2)* duas … $\sqrt{\ldots}$ *erg. L*

4 *Fig. 3*: Die Punktbezeichnungen A u. B stammen von Tschirnhaus, C–E von Leibniz.
8 exprimeretur: Die Behauptung ist nicht richtig.

81. THEOREMATA CENTROBARYCA PLANE NOVA
1. Juni 1676

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 XIII 1 Bl. 134. 1 Streifen von ca. 20,6 x 1,9 cm. 4 Z. auf Bl. 134 r°. Bl. 134 v° leer. Bl. 134 bildete ursprünglich zusammen mit LH 35 XV 1 Bl. 24 (VII, 1 N. 30), dat. 5. Juni 1676, einen Streifen eines Bog. 2°.
Cc 2, Nr. 1432

1. Juin. 1676.

Inveniri poterunt T h e o r e m a t a C e n t r o b a r y c a p l a n e n o v a , si non ponantur lineae directionis parallelae sed concurrentes, tunc enim quae aequaliter distant a fulcro, non ideo aequiponderabunt. Debet tamen hoc novo considerandi modo idem semper provenire centrum gravitatis quod ante. Videndum.

9 f. distant *(1)* ab aliqvo | puncto *streicht Hrsg.* | *(2)* a fulcro *L*

82. QUADRATURA CIRCULI EX CENTRO GRAVITATIS DESCRIPTI
4. Juni 1676

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 V 6 Bl. 10–11. 1 Bog. 2°. 1 S. auf Bl. 11v° und 8 Z. (= S. 556 Z. 1–4) auf Bl. 11r°. — Auf dem restlichen Bogen eine Gesprächsaufzeichnung mit Tschirnhaus vorwiegend zum Thema Kreisquadratur (Cc 2, Nr. 1472; Druck in einem späteren Band der Reihe).
Cc 2, Nr. 1471, 1473

⟨4⟩ Jun. 1676

Q u a d r a t u r a c i r c u l i
e x c e n t r o g r a v i t a t i s d e s c r i p t i .



[*Fig. 1*]

Sit arcus Circuli quilibet $AEC, \sqcap a$. Diameter AD, δ. Circumferentia π. AB sinus versus v. Centri gravitatis arcus, a diametro ABD distantia (in sinu sumta) BF quam vocabimus g.

8 ⟨4⟩ *(1)* Ju⟨li⟩ *(2)* Jun. 1676 *erg. L* 9 f. q u a d r a t u r a ... d e s c r i p t i *erg. L*

9 f. Q u a d r a t u r a ... d e s c r i p t i : vgl. A. Tacquet, *Cylindricorum et annularium liber V*, 1659 (in der uns zugänglichen Ausgabe von 1669 prop. 33 u. 38, S. 131 f. sowie die zugehörige Fig. 45).

Constat ex demonstratione Archimedis, momentum arcus ex diametro a quo incipit esse $\frac{v\delta}{2} \sqcap m$. Superficies autem arcus revolutione circa hanc diametrum genita, est ad momentum hoc, ut peripheria ad diametrum; hanc superficiem vocemus s. Erit $\frac{s}{m} \sqcap \frac{\pi}{\delta}$.

$\frac{\widehat{v\delta}}{2}$

et pro m ponendo ejus valorem $\frac{v\delta}{2}$ fiet $\frac{2s}{v} \sqcap \pi$.

Aliunde autem constat eandem superficiem aequari arcui ducto in viam centri gravitatis, seu arcui ducto in peripheriam circuli cujus radius est BF. Hanc ita investigabimus; erit illa via centri gravitatis c, ad peripheriam circuli circa AD, nempe ad π, ut BF dupla diameter ejus seu $2g$. ad diametrum AD; seu ad δ. Ergo $\frac{c}{\pi} \sqcap \frac{2g}{\delta}$. seu $c \sqcap \frac{2g\pi}{\delta}$. quae c. ducta in arcum dabit ac vel $\frac{2g\pi a}{\delta} \sqcap s$. Quem valorem illius s. substituendo in aequatione $\frac{2s}{v} \sqcap \pi$. fiet: $\frac{2ac}{v} \sqcap \pi$. adeoque $c \sqcap \frac{\pi v}{2a}$. Ponatur jam nota esse ratio arcus a ad peripheriam, ita ut sit $\frac{\pi}{a} \sqcap$ numero r. cognito, erit $c \sqcap \frac{vr}{2}$. Ergo recta quae sit [ad] sinum versum, ut arcus duplus est ad peripheriam aequabitur circumferentiae circuli, cujus radius sit distantia centri gravitatis arcus, a diametro.

Si sit arcus HAC. $\sqcap 2a$. sinus rectus duplicatus sit $2\text{ꝏ} \sqcap HC$. ejus momentum ex sinu recto est $\frac{2\text{ꝏ}\delta}{2}$ seu $\text{ꝏ}\delta$. Ejus centrum gravitatis sit (F). $B(F) \sqcap g$. via centri

6 investigavimus *L ändert Hrsg.* 13 f. diametro (*1*) Sit jam arcus heptagoni. Ponatur data esse ⟨Lon⟩ (*2*) Inventa esse peripheria circuli, adeoqve π. esse qvantitas cognita. Utiqve et arcus heptagoni datus erit is erit $\frac{\pi}{7}$. (*3*) Si *L*

1 Constat: Der folgende Satz entspricht Prop. I aus Bl. Pascal, *Traité des sinus du quart de cercle*, 1658, S. 1 (*PO* IX S. 61 f.). Er lässt sich u. a. aus Archimedes, *De sphaera et cylindro* I, prop. 42 herleiten. 3 diametrum: Richtig wäre radium. Leibniz rechnet konsequent weiter; der Fehler wirkt sich bis S. 555 Z. 5 aus, beeinträchtigt die allgemeine Überlegung jedoch nicht. 5 Aliunde: s. P. Guldin, *Centrobaryca*, 1635–1641, lib. II, cap. VIII, S. 147. 12 arcus ... peripheriam: Es müsste peripheria est ad arcum duplum heißen. 15 est: Richtig wäre $\text{ꝏ}\delta - 2a(\frac{\delta}{2} - v)$. Der Fehler wirkt sich zusammen mit einem weiteren Versehen bis S. 555 Z. 5 aus und beeinträchtigt auch die allgemeine Diskussion. Insbesondere hätte sich die letzte Gleichung in S. 555 Z. 5 bei richtiger Rechnung aufgelöst.

gravitatis c. erit $2ca \sqcap \omega\pi$, pro v sinu verso paulo ante substituendo nunc ω sinum rectum. Ergo $c \sqcap \frac{\omega\pi}{2a}$. Sit $\frac{\pi}{2a} \sqcap r$ erit $c \sqcap r\omega$. Et $\omega \sqcap \frac{c}{r}$. Porro $B(F) \sqcap g$. et $\frac{2g}{c} \sqcap \frac{\delta}{\pi}$. $AB \sqcap v$. $A(F) \sqcap v - g$. $av - ag \sqcap$ se[g]m. dupl. AHA. Jam $\frown + LHA \sqcap \frac{a\delta}{2,2}$. Ergo $2\frown + 2LHA \sqcap \frac{a\delta}{2}$. Jam $2\frown \sqcap av - ag$. et $2LHA \sqcap \frac{\omega\delta}{2}$ ergo $2av - 2ag + \omega\delta \sqcap a\delta$. Porro $g \sqcap \frac{\delta}{2\pi}c$. et $c \sqcap r\omega$. Ergo $g \sqcap \frac{\delta r\omega}{2\pi}$ fietque $2av - 2a\frac{\delta r\omega}{2\pi} + \omega\delta \sqcap \frac{a\delta}{2}$. et pro v ponendo: $\sqrt{\delta^2 - \omega^2}$ habebitur aequatio in qua sola supererit ω, quae proinde poterit semper inveniri ex data Quadratura Circuli, et relatione arcus ad circumferentiam, aequatione plana quod est absurdum. Non ergo poterit inveniri quadratura circuli. Sed ne in calculo tanti momenti erremus omnia ab integro ordiemur.

Diameter $AD \sqcap \delta$. Peripheria $\sqcap \pi$. Arcus $AH \sqcap a$. Sinus versus $AB \sqcap v$. Sinus rectus $HB \sqcap \omega$. Momentum arcus AH ex tangente verticis AT est duplum segmentum AHR. $\underset{\text{Segm.}}{\frown} \sqcap \underset{\text{Sect.}}{\diamond} - \underset{ALH}{\triangledown}$ et $\underset{ALH}{\triangledown} \sqcap \frac{\omega\delta}{2}$. Nam $AHL \sqcap AL$ in HB. Porro $\diamond \sqcap \frac{\text{Arcus}}{2}$ in rad. seu $\frac{a\delta}{4}$. Ergo $2\frown$ segm. $\sqcap \frac{a\delta}{2} - \omega\delta$, arcus momentum ex AT. Ergo $A(F) \sqcap \frac{\delta}{2} - \frac{\omega\delta}{a}$. Per (F) ducatur recta ipsi BH parallela, transibit per centrum gravitatis, ducatur et LR arcum bisecans in R, transibit etiam per centrum gravitatis. Ergo duae hae rectae se secabunt in N. centro gravitatis. Sunt autem anguli T, R, L, A. et A, H, B. aequales ergo Triangula HBA (LAT vel) $L(F)N$ similia. Ergo $\frac{L(F)}{(F)N} \sqcap \frac{HB \sqcap \omega}{BA \sqcap v}$. $L(F) \sqcap \frac{\delta}{2} - A(F)$. Ergo $L(F) \sqcap \frac{\omega\delta}{a}$. Ergo $(F)N \sqcap \frac{\cancel{\omega\delta}v}{\cancel{\omega}a}$. sed nihil hinc novi.

7 f. aeqvatione plana *erg.* L

12 et: Der folgende Ausdruck für das Dreieck ALH müsste $\frac{\omega\delta}{4}$ lauten. Leibniz rechnet konsequent weiter.

Ex his quatuor, Radio, sinu, angulo, Circumferentia circuli descripta a centro gravitatis arcus circa diametrum quo finitur, rotati, uno dato, dantur caetera; plane.

Ex his, radio, arcu, sinu, radio circumferentiae supra dictae, seu distantia centri gravitatis arcus a diametro dato uno dantur caetera, plane.

1 (*1*) Dato angulo | (id est relatione arcus ad (*a*) diametrum (*b*) peripheriam) *erg.* | et sinu, datur recta qvaedam circumferentiae circuli | cuiusdam *erg.* | aeqvalis. plane Dato arcu et (*aa*) sinus (*bb*) sinu datur radius huius circuli; plane (*2*) Si dentur, radius, sinus, angulus (*3*) Ex *L*

1–4 Ex . . . plane: Bei beiden Sätzen muss der Kreisradius gegeben sein, die Behauptungen gelten dann jeweils nur für die drei letztgenannten Größen.

83. CENTRUM GRAVITATIS ARCUS CIRCULI
[4. Juni – August 1676]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 XIII 1 Bl. 170. 1 Ausschnitt von max. 20,4 x 2,4 cm. Linke Schnittkante schräg, obere Schnittkante geschwungen. 6 Z. auf Bl. 170 r°. Bl. 170 v° leer. — Bl. 170 bildete ursprünglich mit VII, 1 N. 31 einen Teil eines Bl. 2°.
Cc 2, Nr. 1288

Datierungsgründe: Das Wasserzeichen des Papiers ist für den Zeitraum Januar bis August 1676 belegt. N. 83 greift die in N. 82 S. 554 Z. 1–10 hergeleitete Beziehung zwischen via centri gravitatis und sinus versus eines um den Kreisdurchmesser rotierenden Kreisbogenstücks einschließlich eines dortigen Fehlers im Vorfaktor auf. Das Stück dürfte demnach kurz nach dem auf 4. Juni 1676 datierten N. 82 entstanden sein.

Centrum gr. arcus circuli.
Quidam arcus circuli rectae aequalis.
Invenire rectam cuidam arcui circuli aequalem.

Subtensa CD aequatur circumferentiae BG circuli novi centro A radio AB descripti posito B esse centrum gravitatis arcus. Tacquet demonstravit in casu semicirculi. Imo reperio jam regulam esse talem: Arcus ED rotetur circa EA. Ejus centri gravitatis ab EA distantia sit AG. Via centri gravitatis, seu circumferentia cujus radius AG, erit ad EA

---

15 *Über* circumferentiae: (an duplo. $\mathfrak{S}$.)

12 Centrum ... circuli *erg. L* 13 quidam ... aeqvalis *erg. L* 14 invenire ... aeqvalem *erg. L* 15 subtensa | arcus circuli CED *erg. u. gestr.* | CD *L* 17 talem: *(1)* circumferentia circuli *(2)* arcus *L* 18 ad *(1)* AD sinum *(2)* EA *L*

---

15 aequatur: Die anschließende Behauptung ist im Allgemeinen nicht korrekt. Im Falle eines Halbkreises CED gibt sie die Aussage aus A. Tacquet, *Cylindricorum et annularium liber V*, 1659 (in der uns zugänglichen Ausgabe 1669, prop. 33, S. 131) wieder, sofern man den von Leibniz in Z. 19 nachträglich in Erwägung gezogenen Faktor 2 nicht dem Kreisumfang, sondern der Länge der Sehne CD zuordnet.

18–558,3 Via ... descripti peripheriam: Richtig wäre $\frac{2\pi\overline{AG}}{\overline{EA}} = \frac{2\pi\overline{G'E}}{\widehat{ED}}$; vgl. N. 82 S. 554 Z. 10.



[*Fig. 1*]

sinum versum, ut arcus ED duplicatus, est ad totius circuli centro G'. radio $G'E$ descripti peripheriam; ergo requiritur ut nota sit ratio arcus ED. ad peripheriam. Demonstratio facilis quia momentum arcus ex EA, est radius in EA.

2 duplicatus *erg. L*

1 *Fig. 1*: Leibniz hat in Figur und Text die Punktbezeichnung G doppelt verwendet. Zur besseren Unterscheidung wird einer der Punkte mit G' bezeichnet. 3 Demonstratio: s. N. 82 S. 554 Z. 1–10.

84. NOVA METHODUS TANGENTIUM
26. Juni 1676

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 V 10 Bl. 1. Ca 2/3 Bl. 2°, Unterkante schräg geschnitten. 1 S. auf Bl. 1 r°. Bl. 1 v° leer. Bl. 1 bildete ursprünglich mit LH 35 XII 1 Bl. 346 u. 347 (VII, 3 N. 60) einen vollständigen Bog. 2° abzüglich eines Streifens von max. 21,5 x 2 cm oberhalb von Bl. 346. — Gedr. : 1. Gerhardt, *Differentialrechnung*, 1848, S. 49–50; 2. (engl. Übers. von 1.) Child, *Early mathematical manuscripts*, 1920, S. 116–118.
Cc 2, Nr. 1452

26 Jun. 1676

Nova Methodus Tangentium

Circa Methodum tangentium directam pariter et inversam, multa praeclara habeo. Cartesii methodus tangentium, nititur duabus radicibus aequalibus, nec locum habet, nisi cum omnes quantitates indeterminatae calculum ingredientes explicabiles sunt per unam, nempe abscissam. At vera methodus tangentium generalis est per differentias. Ut scilicet ordinatarum (directarum vel convergentium) quaeratur differentia. Unde fit, ut etiam quantitates alioqui calculo non subjectae, subjiciantur calculo tangentium, modo earum differentiae sint cognitae.



[*Fig. 1*]

9 26 Iun. 1676 *erg. L* 10 Nova ... Tangentium |, et impossibilitas qvadraturae circuli et series *(1)* conv *(2)* substitutrices *gestr.* | *erg. L*

19 et impossibilitas: Der gestrichene Teil der Überschrift bezieht sich auf VII, 3 N. 60.

Ut sit aequatio trium indeterminatarum, in qua x abscissa, y. ordinata; et z. arcus circuli, cujus sinus complementi sit x. verbi gratia aequatio: $b^2y \sqcap cx^2+fz^2$. Pro sequente y invenienda loco x sumatur $x+\beta$. et pro z, sumatur $z-dz$. Est autem $d\overline{z} \sqcap \dfrac{\beta r}{\sqrt{r^2-x^2}}$ posito [r esse radium circuli] et sumemus, $z-\dfrac{\beta r}{\sqrt{r^2-x^2}}$. Ergo $b^2(y) \sqcap cx^2+2cx\beta \boxed{+c\beta^2} +fz^2-\dfrac{2fz\beta r}{\sqrt{r^2-x^2}} \boxed{+\dfrac{f\beta^2r^{[2]}}{r^2-x^2}}$. Unde jam differentia inter y et (y) erit:

$$\text{ǂ}b^2y\ \text{ǂ}\ b^2(y) \sqcap \boxed{\text{ǂ}\overline{cx^2+fz^2}},\ \text{ǂ}\overline{\boxed{cx^2}+2cx\beta\boxed{+fz^2}-\frac{2fz\beta r}{\sqrt{r^2-x^2}}} \sqcap b^2d\overline{y}.\ \text{Ergo}\ \frac{d\overline{y}}{\beta} \sqcap$$

$\dfrac{\text{ǂ}2cx\sqrt{r^2-x^2}\ \text{ǂ}\ 2fzr}{b^2\sqrt{r^2-x^2}} \sqcap \dfrac{t}{y} \sqcap \dfrac{tb^2}{cx^2+fz^2}$. Unde et curvae flexus seu sinuatio poterit inveniri. Prout scilicet nunc $\text{ǂ}2cx\sqrt{r^2-x^2}$, nunc $\text{ǂ}2fzr$ praevalet. Tunc enim incipit ordinata quae a parte antea erat major, fieri minor, cum aequantur.

Idem est si aliae quoque quantitates indeterminatae plures, ut logarithmus, aliaeque ingrediantur, utcunque sint affectae, ut si sit aequatio: $b^2y \sqcap cx^2+fz^2+xzl$. posito z esse arcum. l logarithmum. x sinum complementi arcus, y numerum logarithmi, radio et unitate existente b. vel r. Idem est, quandocunque indeterminata transcendens ex dimensione quadam vel quadratura inexplorata deducta est.

Caeterum ex his jam praeclara emergunt auxilia pro Methodo tangentium inversa. Nimirum aequationes generales seu indefiniti gradus poterunt fieri, initio quidem ex duabus tantum indeterminatis, x. et y. Sed si hoc modo res non succedit, quod conditis tabulis, quales expeto, facile apparebit, tunc, poterit assumi litera alia una pluresve; ejusque differentia assumi pro arbitrio formula quaevis, quo facto necesse est utique tandem reperiri formulam qualis desideratur; adeoque curva quae satisfaciat, ejus vero

2 sinus *(1)* versus *(2)* complementi *L* 4 $-\dfrac{\beta \mathrm{r}}{\sqrt{\mathrm{r}^2-\mathrm{z}^2}}$ *L ändert Hrsg.* 4 $\boxed{+2\mathrm{c}\beta^2}$ *L ändert Hrsg.* 5 $-\dfrac{2\mathrm{fz}\beta \mathrm{r}}{\sqrt{\mathrm{r}^2-\mathrm{z}^2}}\boxed{+\dfrac{\mathrm{c}\beta^2\mathrm{r}}{\mathrm{r}^2-\mathrm{z}^2}}$ *L ändert Hrsg.* 7 flexus *(1)* contrarius *(2)* seu *L* 8 f. ordinata | qvae *gestr., erg. Hrsg.* | *(1)* antea erat *(2)* a *L*

7 $\sqcap \dfrac{t}{y}$: Richtig wäre $\dfrac{dy}{\beta}=\dfrac{y}{\sqrt{t^2-y^2}}$. Der Fehler beeinträchtigt die weitere Überlegung nicht.

descriptio earum literarum exhibitiones, id est summas differentiarum pro arbitrio assumtarum, postulabit. Inventa semel curva hanc quam postulamus tangentium proprietatem habente, facilius erit postea simpliciores ejus constructiones invenire.



[*Fig. 2a*]



[*Fig. 2b, gestrichen*]

Illud quoque commodi habemus ut possimus pluribus uti quantitatibus Transcendentibus sed inter se condependentibus exempli causa quae omnes ex quadratura Circuli aut Hyperbolae pendeant. Ex his speculationibus etiam apparebit possintne quadraturae aliae ad quadraturam Circuli et hyperbolae reduci. Caeterum cum inventio maximorum et minimorum utilis sit ad polygonorum inscriptionem et circumscriptionem. Hinc etiam istis transcendentibus magnitudinibus adhibitis poterunt Series inveniri convergentes, earumque eodem modo quaeri terminationes; seu quantitates eodem modo compositae. Tametsi tunc non ita facile sit ratiocinari de impossibilitate. Imo vero eodem modo. Tantum non video quomodo possimus invenire an non v. g. ex Circuli quadratura inveniri possit aliqua summa, quando nulla quantitas ex circuli magnitudine pendens calculum ingressa est.

2 postulabit *(1)* Ut qvaeratur curva *(2)* Inventa *L* 9 minimorum *(1)*, seu p *(2)* necessaria *(3)* utilis *L* 9 f. etiam *(1)* mechanicis isti *(2)* istis *L* 15 est | sed tunc facile puto *(1)* inveniri posse, ut *(2)* posse effici ut ingrediatur, qvaerendo *gestr.* | *L*

15 ingressa est: Leibniz setzt die Überlegung in VII, 3 N. 60 fort.

85. QUADRATURAE EX SUMMIS ORDINATARUM
[28. Juni 1676]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 XIII 1 Bl. 433. 1 Ausschnitt von max. 21,5 x 5,5 cm. 9 Z. auf Bl. 433 v°. Bl. 433 r° leer. Bl. 433 bildete ursprünglich mit LH 35 XII 1 Bl. 24 u. 25 (VII, 3 N. 61) ein vollständiges Bl. 2°.
Cc 2, Nr. 1449

Datierungsgründe: Der Text von N. 85 wurde im selben Duktus und in derselben Tinte im Anschluss an den Haupttext des auf den 28. Juni 1676 datierten Stückes VII, 3 N. 61_1 geschrieben, der Haupttext des auf den 29. Juni 1676 datierten N. 61_2 steht auf LH 35 XII 1 Bl. 29. N. 85 dürfte also am selben Tag wie VII, 3 N. 61_1 entstanden sein.

Quadraturae ex summis ordinatarum

Non inelegans observatio circa quadraturas, ex summis ordinatarum: Sit $x \sqcap \sqrt{y^2+\sqrt{b+y^2}}+\sqrt{y^2-\sqrt{-b+y^2}}$ fiet $x^2 \sqcap y^2\boxed{+\sqrt{\begin{cases} b\\ +y^2\end{cases}}}+y^2\boxed{-\sqrt{\begin{cases} b\\ +y^2\end{cases}}}+2\sqrt{b} \sqcap 2y^2+2\sqrt{b}$. ad Hyperbol.

$x^2+2bx \sqcap dy^2+ey+f$. vel $x \sqcap \sqrt{\begin{matrix}dy^2+ey+f\\+b^2\end{matrix}}-b$ et $x^2 \sqcap \begin{matrix}dy^2+ey+f\\+b^2\end{matrix}-2[b]\sqrt{\cdots}+b^2$ etc. Sed ita nihil novi pro x^2. Interim hoc notabile, in ejusmodi aequationibus, ut $x^2+2bx \sqcap y$ etc. ubi in altera parte y. non radicem nec fractionem ingreditur, semper ex dato momento ex axe, seu ex data omnium x^2 summa, haberi figurae aream, et contra. Nam $\int x^2 \sqcap \int \overline{dy^2+ey+f}-2b\int x$. Haberi autem potest $d\int y^2+e\int y+\int f \sqcap \dfrac{dy^3}{3}+\dfrac{ey^2}{2}+fy$. Ergo si habeatur $\int x$. habebitur $\int x^2$. et contra, cum eorum summa vel differentia sit cognita. Idem si altius assurgant aequationes de summis cubicis, intelligendum.

11 Quadraturae ... ordinatarum *erg.* *L* 13 $\sqrt{y^2+\sqrt{b+y^2}}+$ *(1)* $\sqrt{y^2-\sqrt{b+y^2}}$ *(2)* $\sqrt{y^2-\sqrt{-b+y^2}}$ *L* 15 +f. | et *(1)* $x^2 \sqcap$ *(2)* $x^2+bx+\dfrac{b^2}{4}$ *(3)* $x^2+2bx+b^2 \sqcap dy^2+ey+f+b^2$. seu $x+b \sqcap \sqrt{\begin{matrix}dy^2+ey+f\\+b^2\end{matrix}}$ *gestr.* | vel *L*

13 $x \sqcap$: Der von Leibniz teilweise korrigierte Ansatz (vgl. N. 54_1 S. 401 Z. 5 u. N. 54_2 S. 403 Z. 7) müsste $x=\sqrt{y^2+\sqrt{y^4-b}}+\sqrt{y^2-\sqrt{y^4-b}}$ lauten. Der Fehler wirkt sich nicht weiter aus.

86. DE QUADRATRICE
Juni 1676

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 XIII 1 Bl. 234–235. 1 Bog. 2°. Von Bl. 234 wurde unten ein Abschnitt von 21,9 x max. 10,3 cm entfernt (= N. 87), oben fehlt ein Ausriss von 10,5 x max. 2,5 cm. Haupttext: 2 S. auf Bl. 235 v°, 235 r°. Zusatz: 2/3 S. auf Bl. 234 v°. Notiz (in Zusammenhang mit N. 87): 7 Z. auf Bl. 234 r°. — An der Risskante auf Bl. 234 r° Rest fremden Textes: „⟨—⟩ figuram“.
Cc 2, Nr. 1464 A, B, 00

Junii 1676.

De Quadratrice.



[*Fig. 1*]

Quadratricis natura in eo consistit, ut sit motus Regulae ST ex N. in RM. servato parallelismo, proportionalis motui radii AF circa centrum A, per arcum FE, circuli $CFEB$. posito AF transire per N, et AE per M. Proportionalis inquam in ratione radii AC, $\sqcap r$. ad peripheriae quadrantem CFB. Ergo $\dfrac{NR}{FE} \overset{(1)}{\sqcap} \dfrac{r}{\pi}$ et $\dfrac{MP}{\text{arc.}\,EB \sqcap a} \overset{(2)}{\sqcap} \dfrac{r}{\pi}$. $MP \overset{(3)}{\sqcap} \dfrac{r}{\pi}a$ ex 2. $FE \overset{(4)}{\sqcap}$

---

16 *Am Rande:* Rad. r. Peripheriae quadr. $CFB \sqcap \pi$. $EB \sqcap$ arc. EK sinus $\sqcap y$. AK sinus compl. $\sqcap v$. $AP \sqcap p$. $AQ \sqcap \overline{2p}$. $FE \sqcap d\overline{a}$. $DE \sqcap LK \sqcap d\overline{v}$. $FD \sqcap d\overline{y} \sqcap \beta$. $RM \sqcap d\overline{p}$. $NR \sqcap d\overline{m}$. $m \sqcap MP$.

10 f. Q v a d r a t r i c e. | sub finem de centrobarycis novis *gestr.* | Qvadratricis *L* 15 AM per N *L ändert Hrsg.* 20 sinus | versus *ändert Hrsg.* | $\sqcap$ v. *L* 20 $\sqcap$ p | NQ *ändert Hrsg.* | $\sqcap \overline{2p}$ *L*

---

10 Q u a d r a t r i c e : Die Aufzeichnung knüpft an die Diskussion der Quadratrix in I. Barrow, *Lectiones geometricae*, 1672, S. 83 [Marg.] an; Fig. 1 entspricht im Wesentlichen Barrows Figur 119, Gleichungen 17 und 19 sind direkt aus dem Werk übernommen. Vgl. Leibniz’ Marginalien zu Barrows *Lectiones geometricae* N. 43 S. 303 Z. 2. 22 centrobarycis novis: N. 87.

$d\overline{a}$. et $NR \overset{(5)}{\sqcap} \frac{r}{\pi} d\overline{a} \sqcap d\overline{m}$. Ob Triangula AMP, AEK similia erit $AM : MP :: AE : EK$.
$: \frac{ra}{\pi} :: r : y$

Ergo $AM \overset{(6)}{\sqcap} \frac{r^2 a}{\pi y}$. et $AM^2 \overset{(7)}{\sqcap} \overline{AP}^2 + \overline{PM}^2$. Unde junctis

$\frac{r^4 a^2}{\pi^2 y^2}$ [$\sqcap$] $p^2 + \frac{r^2 a^2}{\pi^2}$. et $p \overset{(8)}{\sqcap} \frac{ra}{\pi y}\sqrt{r^2 - y^2} \sqcap HM$ ordinata quadratricis. Jam $\underset{r^2}{\overline{AE}^2} \underset{-}{-} \underset{y^2}{\overline{EK}^2} \overset{(9)}{\underset{\sqcap}{\sqcap}} \underset{v^2}{AK^2}$. et $y \overset{(10)}{\sqcap} \sqrt{r^2 - v^2}$. Erit $p \overset{(11)}{\sqcap} \frac{rav}{\pi\sqrt{r^2 - v^2}}$.

$\int \overline{pd\overline{a}} \sqcap \int \overline{\frac{ravd\overline{v}}{r^2 - v^2}}$ area quadratricis.

$\frac{d\overline{a} \sqcap EF}{d\overline{v}} \sqcap \frac{r}{y}$. et $d\overline{a} \overset{(12)}{\sqcap} \frac{rd\overline{v}}{y}$ et $a \overset{(13)}{\sqcap} \int \overline{\frac{rd\overline{v}}{y}}$. Inventa AP seu p. inveniatur jam AQ. seu $\overline{2p}$. Erit $\overline{2p} \overset{(14)}{\sqcap} \frac{ra\sqrt{r^2 - y^2 - 2y\beta} + \frac{r^2 d\overline{v}}{y}\sqrt{r^2 - y^2 - 2y\beta}}{\pi y + \pi\beta}$. Unde habe-

---

3 *Unter* $p \overset{(8)}{\sqcap} \frac{ra}{\pi y}\sqrt{r^2 - y^2}$: $\int \overline{pd\overline{a}}$ area quadratricis.

4 *Am Rande:* Pro $r^2 - v^2$. pone y^2 et $y \sqcap \frac{rd\overline{v}}{d\overline{a}}$. Fiet $p \sqcap \frac{rav}{\frac{\pi r d\overline{v}}{d\overline{a}}}$ seu $p \sqcap \frac{vad\overline{a}}{rd\overline{v}}$. Horum quaeritur summa. Ergo quaeritur $\int pd\overline{a} \sqcap \int \overline{\frac{vad\overline{a}^2}{rd\overline{v}}}$ et $d\overline{a}^2 \sqcap \frac{r^2 d\overline{v}^2}{r^2 - v^2}$. Ergo posito $d\overline{v} \sqcap$ constanti quaeritur: $\int \overline{\frac{var}{r^2 - v^2}} d\overline{v}$. Hinc jam per infinitam seriem haberi potest area quadratricis sed ipsa ex momentis.

5 $\int \overline{\mathrm{pd\bar{a}}}$ ... qvadratricis *erg. L* 7 jam | NQ *ändert Hrsg.* | seu *L*

---

9 $p \sqcap \frac{vad\overline{a}}{rd\overline{v}}$: Richtig wäre $p = \frac{vada}{\pi dv}$. Der daraus berechnete Ausdruck für $\int pda$, der bis auf einen Vorfaktor die eigentlich durch $\int pdm$ bestimmte Fläche unter der Quadratrix gibt, wird dadurch fehlerhaft. Dies wirkt sich im Haupttext nur in Z. 5 aus.

tur $\overline{2p} - p \overset{(15)}{\sqcap} RM$. Et quoniam NR ad RM, ut MP ad PT. seu $PT \overset{(16)}{\sqcap} \dfrac{RM, MP}{NR}$. Ex purgata 15. per 8. et 14. habebimus denique $AT \overset{(17)}{\sqcap} \dfrac{AM^2}{AV}$. sive $AT \overset{(18)}{\sqcap} \dfrac{p^2+m^2}{\frac{r^2}{\pi}}$. Nam $AV \overset{(19)}{\sqcap} \dfrac{r^2}{\pi}$. Ergo $AT \overset{(20)}{\sqcap} \dfrac{\pi p^2 + \pi m^2}{r^2}$. At per 11. est $p^2 \overset{(21)}{\sqcap} \dfrac{r^2a^2\overline{r^2-y^2}}{\pi^2y^2}$ et $m^2 \overset{(22)}{\sqcap} \dfrac{r^2a^2}{\pi^2}$. Ergo $AT \overset{(23)}{\sqcap} \dfrac{\boxed{r^2}a^2\overline{r^2-y^2}+\boxed{r^2}a^2y^2}{\pi y^2\boxed{r^2}}$ adeoque $AT \overset{(24)}{\sqcap} \dfrac{r^2a^2}{\pi y^2}$. seu $\underset{AT}{AT}$ ad $\underset{\frac{r^2}{\pi}}{AV}$ ut a^2 ad y^2, seu in duplicata ratione $\underset{EB}{\text{arcus}}$ ad $\underset{EK}{\text{sinum}}$. $PT \sqcap \underset{AT}{\dfrac{r^2a^2}{\pi y^2}} - \underset{-AP}{p} \overset{(25)}{\sqcap} \dfrac{r^2a^2}{\pi y^2} - \overset{v}{\dfrac{ra\sqrt{r^2-y^2}}{\pi y}}$. Jam $\underset{\text{seu } m \atop \text{seu } \frac{r}{\pi}a}{MP}$ ad $\underset{\ldots}{PT}$, $\overset{(26)}{\text{ut}}$ $\underset{\frac{r^2d\overline{v}}{\pi y}}{RN}$ ad RM. Ergo $RM \overset{(27)}{\sqcap} \dfrac{r^4a^2d\overline{v}}{\pi^2y^3} - \dfrac{r^3ad\overline{v}v}{\pi^2y^2}$. Horum ergo datur summa. Ergo si [summa] unius ex iis nempe posterioris detur, dabitur et prioris: at priori dato per 34 datur figura. Quod dabitur ex ipso per v. diviso. Detur summa summarum producti.

Porro ex his patet tangentem ad quadratricem non posse duci, quin detur ratio quadrantis ad radium et arcus ad sinum.

Hactenus linearum valores habemus: Nunc quaedam circa spatii dimensionem tentabimus. $pd\overline{m} \sqcap \dfrac{r^3ad\overline{v}}{\pi^2y^2}\sqrt{r^2-y^2}$. $PTd\overline{m} \sqcap \underset{m}{MP}\, d\overline{p}$. seu $\dfrac{PT}{MP} \sqcap \dfrac{d\overline{p}}{d\overline{m}}$. $\dfrac{PT}{MP} \sqcap \dfrac{AT-AP}{MP \sqcap m}$.

2 per *(1)* 11 *(2)* 8 *L* 3 per | 11. *ändert Hrsg.* | est *L* 7–9 Horum ... diviso *(1)* differentiarum *(2)* detur ... producti *erg. L* 10 f. detur *(1)* ratio composita ex duabus, *(2)* ratione *(3)* ratio ... radium *(a)* et duplicata arcus *(b)* et *L*

6 $RM \overset{(27)}{\sqcap}$: Auf der rechten Seite fehlt der Faktor $\dfrac{\pi}{ar} = \dfrac{1}{MP}$; das Versehen wirkt sich nicht weiter aus.

$AT \sqcap \frac{r^2a^2}{\pi y^2}$. Ergo $\frac{PT}{MP} \sqcap \frac{d\overline{p}}{d\overline{m}} \overset{(28)}{\sqcap} \frac{r^2a^2 - p\pi y^2}{m\pi y^2}$ et fiet: $d\overline{p}m \sqcap \frac{r^2a^2}{\pi y^2} d\overline{m} - pd\overline{m}$. sive $d\overline{p}m + pd\overline{m} \overset{(29)}{\sqcap} \frac{r^2a^2 d\overline{m}}{\pi y^2}$. $\int \overline{d\overline{p}m} \overset{(30)}{\sqcap}$ spat. $VQNMV$. et $\int \overline{pd\overline{m}} \overset{(31)}{\sqcap}$ spat. $VAHNMV \overset{(32)}{\sqcap}$ spat. $VQNMV +$ $\underbrace{\text{rectang. } AHNQ}_{pm}$. Ergo per 29. 30. 32. erit duplum spatium $VQNM$, seu $2\int \overline{d\overline{p}m}, + pm \overset{[(33)]}{\sqcap} \frac{r^2}{\pi}\int \overline{\frac{a^2}{y^2} d\overline{m}}$. $d\overline{m} \sqcap \frac{r^2 d\overline{v}}{\pi y}$. per aeq. 5. 12. $a \sqcap r\int \frac{d\overline{v}}{y}$ per 13. Ergo $2\int \overline{md\overline{p}} + pm \overset{(34)}{\sqcap} \frac{r^6}{\pi^2}\int \overline{\boxed{2}\int \overline{\frac{d\overline{v}}{y}}, \frac{d\overline{v}}{y^3}}$. Adde 27. Itaque ad aream Quadratricis habendam hac posteriore summa est opus.

Nimirum quaerenda est area figurae, in qua ad axem seu sinus versos vel complementi, applicentur quadrata arcuum, divisa per cubos sinuum. Videtur autem haec summa esse in potestate, quia posita $d\overline{v}$ constante idem est ac si dicas a te quaeri aream factam ex $\boxed{2}\int \overline{\frac{d\overline{v}}{y}}$ ductis in $\frac{d\overline{v}^3}{y^3}$. sive ex summae quadrato ducto in differentiarum cubos; seu $\int \overline{a^2 \text{ in } d\overline{a}^3}$. Illud utique certum est si ipsae AK. sumantur progressionis arithmeticae; figuram in qua arcus quadratum in differentiae arcus cubos ducatur fore homogeneam sive proportionalem figurae quadratricis duplici eo quo dixi modo. Ergo ex unius quadratura habetur altera (absolute, nullo amplius respectu habito ad $d\overline{v}$ constantem, quae rem

8 *Dazu oberhalb der Zeile:* Fuit error, in progressu detectus pagina sequenti.

10 *Unter* factam: error

9 dicas *(1)* curvam *(2)* a te qvaeri *(a)* figuram *(b)* aream *L* 11 $\int \overline{\mathrm{a}^2 \,\mathrm{in}\, \mathrm{d}\overline{\mathrm{a}}^3}$. *(1)* pro $\frac{\mathrm{d}\overline{\mathrm{v}}^3}{\mathrm{y}^3}$ scribatur z. fiet $\frac{\mathrm{d}\overline{\mathrm{v}}}{\mathrm{y}} \sqcap \sqrt[3]{\mathrm{z}}$ et pro $\int \overline{\mathrm{a}^2 \,\mathrm{in}\, \mathrm{d}\overline{\mathrm{a}}^3}$. scribetur $\int \overline{\boxed{2}\int \overline{\sqrt[3]{\mathrm{z}}} \,\mathrm{in}\, \mathrm{z}}$. *(2)* Illud *L* 13 modo. *(1)* Hoc ergo demonstrato nihil qvaerandum amplius qvam sum *(2)* Ergo *L* 14 altera *(1)*. Hoc semel demonstrato jam constr *(2)* (absolute *L*

10 $\frac{d\overline{v}^3}{y^3}$: Der Übergang von $\frac{dv}{y^3}$ zu $\frac{dv^3}{y^3}$ ist, wie Leibniz auch später erkannt hat, nicht zulässig. Dies beeinträchtigt die anschließende Diskussion bis S. 567 Z. 19.

detexit tantum). Superest ergo inveniri hanc figuram in qua arcus ubique suae differentiae tali modo applicatur. $\frac{d\overline{v}^3}{y^3}$ sit $d\overline{z}$ erit $\frac{d\overline{v}}{y} \sqcap \sqrt[3]{d\overline{z}}$; et fiet figurae ordinata: $\underbrace{\boxed{2} \int \overline{\sqrt[3]{dz}} \text{ in } d\overline{z}.}_{\odot}$ cujus figurae quadratura habita demonstravimus haberi quadratricis quadraturam.

Ante omnia autem ut haec formula z in aeq. ☽ formulae $d\overline{y}$ in aeq. ☉ comparetur opus est ut B multiplicando reddatur quadratus, nimirum vel jam per quadratum divisibilis est B, et tunc reliquum tantum adhuc semel in se multiplicandum ($\omega^2 v$ in v) vel si non est: ipse B. multiplicandus in se; scilicet tam numerator quam nominator per eundem, ut fiat nominator quadratus. Porro idem infinitis modis fieri potest ut fiat nominator quadratus, semper altiores atque altiores formulas adhibendo in quas tam numerator quam nominator ducatur. Proba elegans Calculi hic habetur, formula per quam multiplicatur tam numerator quam nominator, est integer utique.

Hinc aequatio $zB \frown F \sqcap$ ☽F (posito F esse multiplicatorem qui facit ut BF sit quadratus). Ergo sequitur vel esse $zB \sqcap$ ☽, vel esse $F \sqcap 0$. Videndum an hinc etiam inventa y signo ☿ tam nominator quam numerator dividi possit per F vel per $\int \overline{F}$, vel aliud quiddam, necesse est enim F influere. Hoc enim posito si semper posset dividi etiam D et E cum dividi potest $F.G.$ vel cum $A.B.$ multiplicata est; tunc ponamus divisionem omnem in $D.E.$ jam esse factam, seu reducta esse ad terminos minimos; non poterit $F.G.$ amplius dividi; e⟨r⟩go necesse est ut comparatio cum $\dfrac{A}{B}$. institui possit sine ulla multiplicatione. Ergo jam haberemus pro certo, nullius figurae rationalis summam haberi posse, nisi nominator sit quadratus, et statim praeterea sciri poterit quousque assurgat figura summatrix, adeoque facile erit instituere comparationes.

Hoc semel posito admiranda sequerentur compendia in methodo tangentium inversa; eaque tam certa ac determinata foret quam directa, determinato quippe semper gradu,

11 tam | nominator *ändert Hrsg.* | qvam *L* 13 f. utiqve. *(1)* Hinc d$\overline{\text{y}}$ | seu z *erg.* | duos habet valores unum integrum per qvem facta est multiplicatio, alterum fractum, qvi fuit multiplicatus, patet ex aeqvatione qvae hoc modo duas habebit radices unam *(2)* Hinc *L*

14 $zB \frown F \sqcap$ ☽F: Leibniz verwechselt A und ☽; es müsste AF und in der folgenden Gleichung $zB \sqcap A$ heißen. Das Versehen hat keine weiteren Auswirkungen.

cum quo comparandum. Certum est impossibile esse ut fractus sit summator integrorum, vel integer fractorum. Examinandum an possibile sit, ut indivisibilis sit summator divisibilium, nec video quomodo id fieri possit.

$d\overline{y} \sqcap \dfrac{\text{ǂ}\, D, d\overline{E}\ \text{ǂ}\ E d\overline{D} \sqcap F}{E^2 \sqcap G}$. posita $y \sqcap \dfrac{D}{E}$. sive erit $d\overline{y} \sqcap \text{ǂ}\, \dfrac{D d\overline{E}}{E^2}\ \text{ǂ}\ \dfrac{d\overline{D}}{E}$. Si $d\overline{y}$ deprimi potest necesse est aliquo divisore ipsius E, dividi posse D vel $d\overline{E}$ vel $d\overline{D}$ vel aliquo divisore ipsius E^2; dividi potest $Dd\overline{E}$, item $Ed\overline{D}$, si divisor ipsius E^2 sit non-quadratus, nec divisibilis per quadratum, imo primus. Tunc cum eo dividi possit E adeoque et ED, necesse est per eum et dividi posse $Dd\overline{E}$. Ergo dividet vel $d\overline{E}$ vel D cum sit primus; non dividet $d\overline{E}$, quia dividit E. Puto autem E, et $d\overline{E}$ non posse habere divisorem communem. Quo semel demonstrato, ut fieri posse puto, sequeretur dividere D. Ergo si F. et G. habent divisorem communem primum, etiam D. et E. habebunt contra hypothesin, posuimus enim ad simplicissimos reducta.

Ut autem demonstretur ipsas E et $d\overline{E}$ non habere divisorem communem tantum demonstrandum est: $a + bx + cx^2 + dx^3$ etc. et $1b + 2cx + 3dx^3$ [etc.] non habere posse communem divisorem utcunque explicentur $b.\,c.\,d.$ etc. Quod vel hinc videtur probari posse quia $d\overline{E}$ eadem futura est, qualiscunque sit litera a, sed nondum hoc satis clare. Si posset fieri multiplicatio fieret

$$\begin{array}{rrrr}
 & 1b\ + & 2cx\ + & 3dx^2 \\
 & & f\ + & gx \\
\hline
 & +\ 1bgx\ + & 2cgx^2\ [+] & 3dgx^3 \\
+1fb + 2cfx + 3fdx^2 & & & \\
\hline
a\ + & bx\ + & cx^2\ + & dx^3
\end{array}
\qquad
\begin{array}{l}
+dx^3 \quad +cx^2 + \quad bx + \quad a \quad \text{ǂ}\, \frac{1}{3}x \boxed{\begin{array}{c} +c \\ -\frac{2}{3}c \end{array}} + \frac{1}{3}c \\
\boxed{3dx^2 \quad +2cx + \quad 1b} \\
-\frac{3}{3}dx^3 \ -\frac{2}{3}cx^2 - \frac{1}{3}bx \\
\qquad \boxed{3dx^2 + 2cx + 1b} \\
\qquad -\frac{1}{3}cx^2 - \frac{2}{3}bx - \frac{1}{3}b
\end{array}$$

4–12 *Nebenbetrachtung, durch Strich abgetrennt:* $\dfrac{1}{y^2} - \dfrac{1}{y^2 + 2\beta y \boxed{+\beta^2}} \sqcap \dfrac{2\beta y}{y^4} \sqcap \dfrac{2\beta}{y^3}$

7 imo primus *erg. L* 16 litera a, *(1)* imo etsi absit; omittamus ergo; nam adeo *(2)* sed *L*

18–22 Bei der Division unterläuft Leibniz ein Rechenfehler, der in die folgende Bestimmung von a und b eingeht, die weitere Überlegung aber nicht beeinträchtigt.

Ergo $g \sqcap \frac{1}{3}$ et $f \sqcap \frac{a}{b}$. Ergo debet esse $a \sqcap \frac{1}{3}b$. $b \sqcap c^2$. Atque ita in infinitum poterit determinari quando possint habere divisorem communem; habebitur enim progressio satis elegans. Si longior assumatur formula et per eam dividatur. Sed hinc jam illud saltem necessario colligitur; E et $d\overline{E}$ non posse habere divisorem commune⟨m⟩ nisi simplicissimum, eumque unicum seu semel. Itaque si data sit formula $d\overline{y}$ vel $\frac{A}{B}$ non potest A et B, nisi per formulam simplicem, ut $gx + f$. ad complendum quadratum ipsius B. vel si jam B. quadratus est, $\boxed{2}\,\overline{gx + f}$, multiplicari. Habemus ergo pulcherrime determinatam hic methodum Tangentium inversam. Nec dubito quin idem se extendat in genere ad alias omnes ejusmodi comparationes methodi tangentium inversae. Quodsi autem nulla extet in rerum natura curva Analytica aequabilis quae satisfaciat quaestioni; quaerenda erit aliqua forte ex data Circuli quadratura quae satisfaciat, quod semper fieri posse video hoc modo pulcherrime: Sit valor datus hic:

$y \sqcap \dfrac{D \sqcap a + bx + cx^2,, + h\pi + l\pi^2 + k\pi^3}{E \sqcap m + nx + px^2}$ ubi quia $d\overline{\pi} \sqcap \dfrac{1}{1 + x^2}$. posito π arcu circulari. Ideo $d\overline{y}$. nullam continebit π cum non sit π in nominatore. Et

$$d\overline{y} \sqcap \frac{\ddagger Dd\overline{E} \ddagger Ed\overline{D}}{E^2} \sqcap \frac{\ddagger [E], b + 2cx,, + hd\overline{\pi} + 2l\pi d\overline{\pi} + 3k\pi^2 d\overline{\pi},, \ddagger Dd\overline{E}}{\boxed{2}, m + n[x + px^2]}$$

Quaerenda etiam generalis ratio curvarum analyticarum quarum quadratura pendet ex Quadratura Circuli. Caeterum ab his veniemus et ad series numerorum, ubi nihil quidem destruendum, ⟨et⟩ quaeremus sintne numeri in natura rerum, qui possint exhibere Circuli Quadraturam, seu $\int \overline{\frac{1}{3} + \frac{1}{35} + \frac{1}{99}}$ etc. Ubi ante omnia quemadmodum in his quoque inquirendum an possibile sit summam esse irrationale⟨m⟩. Videndum an quandocunque arcus ductu rectae geometricae, cujus ratio ad radium nota est, determinari potest, an possit reperiri saltem in aequatione aliqua altiore ejus ratio ad circumferentiam. Non puto.

Utilis Methodus Tangentium inversa, etiam in inveniendas Curvas, quae proprietates quasdam habeant duobus punctis pluribusque quibuscunque assumtis semper veras, ut

13 $\frac{\mathrm{x}}{1 + \mathrm{x}^2}$ *L ändert Hrsg.* 25–597,1 ut *(1)* in Circulo *(2)* figuram *(3)* invenire *L*

14 nullam continebit: Wie die anschließende Berechnung von dy zeigt, bleiben im Zähler Terme mit π erhalten.



[*Fig. 1*]

invenire curvam $A(A)B(B)$ talis naturae, ut junctis $AB_{[,]}\ (A)(B)$, et bisectis in $D.\ (D)$ ducta⟨s⟩ inde perpendiculares omnes conveniant in centro eodem C. Quaeritur an talis curva sit in rerum natura; ponantur primum intervalla AB. infinite parva, seu tangentium portiones, res ergo eo redit curvam invenire ad quam perpendiculares omnes concurrant in uno centro. Haec curva per methodum tangentium inversam inventa si pateat eam (in plano) non esse nisi unicam, videndum est an ea simul habeat proprietatem de qua agitur, ut idem eveniat etiamsi puncta $A.\ B$. distent notabiliter; nam si non praestitisset, conclusissemus talem curvam esse impossibilem.

[*Notiz, verworfen*]

y^6	$*$	py^4	qy^3	...		
z^{30}	z^{24}	z^{18}	etc.		$z^6 \sqcap v$	$z \sqcap \sqrt[6]{v}$
v^5	v^4	v^3	etc.		$v \sqcap$ ...	
y^9	y^8	y^6			$z \quad \bigcirc$	$\square$

14 *Darüber:* $\times$

90. METHODUS TANGENTIUM INVERSA
Juli 1676

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 V 10 Bl. 3. 1 Ausschnitt von ca 20,7 x 13,7 cm. 2 S. Am rechten oberen Rand von Bl. 3 r° gestrichenes Fragment einer Notiz: „$\frac{\langle - \rangle}{v} \sqcap \frac{\langle - \rangle}{\boxed{3}\overline{z^2+1}}$. $AE \sqcap z$. $EF \sqcap v$.“ Ursprünglich bildete das Blatt zusammen mit N. 91, 92 und 93 sowie VII, 3 N. 42 einen Teil eines Bog. 2°. — Gedr.: 1. *LBG*, 1899, S. 201–203; 2. (engl. Übers. von 1.) Child, *Early mathematical manuscripts*, 1920, S. 118–122.
Cc 2, Nr. 1483 A

Jul. 1676.

M e t h o d u s   t a n g e n t i u m   i n v e r s a

In Tertio Tomo literarum Cartesii video eum credidisse methodum Fermatii de maximis et minimis non esse universalem. Putat enim (pag. 362. epist. 65.) non servire ad inveniendam tangentem curvae, cujus natura sit ut ex quovis puncto ejus ductae rectae ad quatuor puncta data aequentur rectae datae.

M o n s. d e s   C a r t e s   l e t t r e   7 1. partie 3 pag. 409. à Mons. de Beaune. *Je ne croy pas qu'il soit possible de trouver generalement la Converse de ma regle pour les Touchantes, ny de celle dont se sert Mons. de Fermat, bien que la practique y soit en plusieurs cas plus aisée que la mienne, mais on en peut deduire a posteriori des theoremes qui s'etendent à toutes les lignes courbes qui s'expriment par une equation en la quelle*

---

9 *Darunter:* Solvi una die duo problemata methodi tangentium inversae, quorum alterum solus solvit Cartesius; alterum ne ipse quidem fassus non posse.

9 Jul. 1676. *erg. L* 10 M e t h o d u s ... i n v e r s a *erg. L* 13 inveniendam *(1)* curvam *(2)* tangentem curvae, cuius *(a)* aeqvatio est *(b)* natura *L* 21 alterum *(1)* | nec *streicht Hrsg.* | ipse potuit *(2)* solus *L*

---

12 Putat: Descartes an Mersenne, 23. August 1638, in: Descartes, *Lettres*, Bd 3, 1667, S. 362 (*DO* II S. 324). 15 d e s   C a r t e s: Descartes an Debeaune, 20. Februar 1639, *a. a. O.*, S. 411 f. (*DO* II S. 514). 20 duo problemata: s. die Erläuterungen zu S. 602 Z. 2 f.

l'une des quantitez x ou y n'ait point plus de deux dimensions encor que l'autre en eust mille. Il y a bien une autre façon qui est plus generale et a priori, a sçavoir par l'intersection de deux tangentes la quelle se doit tousiours faire entre les deux points où elles touchent la courbe, tant proches qu'on les puisse imaginer, car en considerant quelle doit estre cette courbe, àfin que cette intersection se fasse tousiours entre ces deux points, et non au deça ny au dela, on en peut trouver la construction; mais il y a tant de divers chemins à tenir, et je les ay si peu practiquez, que je n'en sçaurois encor faire un bon conte.

Mons. des Cartes parle avec un peu trop de presomtion de la posterité; il dit pag. 449. lettre 77, que sa regle pour resoudre generalement tous les problemes sursolides *a esté sans comparaison la* [*plus*] *difficile à trouver de toutes les choses qui ont esté inventées jusque à present en Geometrie et qui le sera peut estre encor cy apres en plusieurs siecles, si ce n'est que je prenne moy meme la peine d'en chercher d'autres* (+ comme si plusieurs siecles n'estoient capables de produire homme qui pût faire une chose qui ne paroist pas des plus considerables [+]).

Pag. 459 la question des quatre globes propre à examiner si un homme sçait le calcul, c'est donc de Mons. des Cartes, mais comme elle est dans le livre elle paroist bien prolixe.



[*Fig. 1*]

Probleme de la methode inverse des touchantes que Mons. des Cartes dit avoir resolu Tom. 3. Ep. lettre 79 pag. 460. EAD angulus 45 grad. ABO curva. BL tangens. BC ordinata ad CL, ut linea N ad BI. $CL \sqcap \dfrac{BC \sqcap y[,]\, n}{BI \sqcap y-x}$. $CL \sqcap t$. $t \sqcap \dfrac{ny}{y-x}$. $\dfrac{n}{t} \sqcap \dfrac{y-x}{y} \sqcap 1 - \dfrac{x}{y}$. $\dfrac{x}{y} \sqcap \dfrac{t-n}{t}$. $\dfrac{t}{y} \sqcap \dfrac{d\overline{x}}{d\overline{y}}$. Ergo $\dfrac{d\overline{x}}{d\overline{y}} \sqcap \dfrac{n}{y-x}$. $d\overline{x}y - xd\overline{x} \sqcap d\overline{y}n$. Ergo

5 entre | ceux *ändert Hrsg.* | points *L* 6 tout *L ändert Hrsg.* 18–20 qve ... 460 *erg. L*

9 dit: Descartes an Carcavy, 17. August 1649, *a. a. O.*, S. 449 (*DO* V S. 399). 16 question: Descartes an — (?), Juni (?) 1645, *a. a. O.*, S. 459 (*DO* IV S. 228). 19 dit: *a. a. O.*, S. 460 (*DO* IV S. 230). Dabei handelt es sich um eine leicht veränderte Wiederholung des sog. 2. Debeauneschen Problems (s. Erl. zu S. 600 Z. 4). 22 $t \sqcap \dfrac{ny}{y-x}$: Richtig wäre $\dfrac{y(y-x)}{n}$; Leibniz rechnet konsequent weiter bis S. 600 Z. 3.

$\int d\bar{x}y - \underbrace{\int \overline{x d\bar{x}}}_{\frac{x^2}{2}} \sqcap n \int d\bar{y}$. Porro $\int d\bar{y} \sqcap y$. $\int \overline{x d\bar{x}} \sqcap \frac{x^2}{2}$. et $\int \overline{d\bar{x}y}$ est area $ACBA$. et quaeritur curva, in qua Area $ABCA$ sit $\sqcap \frac{x^2}{2} + ny$ seu $\sqcap \frac{AC^2}{2} + n \frown BC$. Rescindatur ab area hoc $\frac{x^2}{2}$ id est triangulum ACI, debet reliquum $AIBA$ aequari rectangulo ny.

Linea quam Beaunius Cartesio quaerendam proposuit, quae huc redibat, ut sit BC asymptotos curvae, BA axis, A vertex, AB, BC constantes, nam BAC est ad angulos rectos. Sit ordinata RX, tangens XN, debetque esse RN semper constans seu aequalis ipsi BC, quaeritur natura curvae. Hic ita procedendum ego putem, sit alia ordinata PV, differens a priore RX recta SV, ducendo scilicet ipsi RN parallelam XS, erunt triangula SVX, et RXN similia. $RN \sqcap t \sqcap c$ constanti. $PR \sqcap SX \sqcap \beta \sqcap d\bar{x}$. $BR \sqcap x$. $RX \sqcap y$. $SV \sqcap d\bar{y}$. Fiet $\frac{d\bar{y}}{d\bar{x}} \sqcap \frac{y}{t \sqcap c}$. Ergo $cy \sqcap \int \overline{y d\bar{x}}$ sive $cd\bar{y} \sqcap yd\bar{x}$. Sit AQ vel $TR \sqcap z$. et sit $AC \sqcap f$. Cum fuerit $BC \sqcap a$ fiet $\frac{AC}{BC} \sqcap \frac{f}{a} \sqcap \frac{TR}{BR} \sqcap \frac{z}{x}$. Ergo $x \sqcap \frac{az}{f}$.

---

1 *Nebenbetrachtung:* $\int d\bar{x}y^2 - \int xyd\bar{x} \sqcap \underbrace{\int d\bar{y}yn}_{\frac{y^2}{2}n}$

$$\int \overline{d\bar{x}yx} - \underbrace{\int x^2 d\bar{x}}_{\frac{x^3}{3}} \sqcap [\textstyle\int]\ d\bar{y}nx$$

2 AC^2 *L ändert Hrsg.* 8 ipsi | RX *ändert Hrsg.* | parallelam *L* 9 $\sqcap$ c constanti *erg. L*

---

4 Linea ... proposuit: Die Aufgabenstellung zum 2. Debeauneschen Problem vom Spätsommer 1638 ist nicht erhalten, erschließt sich aber aus der Beilage zum Brief von Debeaune an Roberval vom 16. Oktober 1638 (*DO* V S. 519) als im Wesentlichen mit der in S. 599 Z. 21 formulierten Bedingung übereinstimmend. Descartes behandelt das Problem in seinem Brief an Debeaune vom 20. Februar 1639, Descartes, *Lettres*, Bd 3, 1667, S. 412–415 (*DO* II S. 514–517). Die dort geforderte Kurveneigenschaft, dass RN für alle Kurvenpunkte X konstant sein soll (s. Fig. 2 und Z. 6), ist äquivalent zur ursprünglichen Bedingung S. 599 Z. 21.



[*Fig. 2*]

Si $d\overline{x}$ constans erit et $d\overline{z}$. constans. Ergo $cd\overline{y} \sqcap \frac{a}{f}yd\overline{z}$. vel $cy \sqcap \frac{a}{f}\int \overline{yd\overline{z}}$. $cyd\overline{y} \sqcap \frac{a}{f}y^2d\overline{z}$. ergo $c\frac{y^2}{2} \sqcap \frac{a}{f}\int y^2d\overline{z}$. Habetur ergo et area figurae et momentum quodammodo (addendum enim aliquid ob obliquitatem[)]. Et $czd\overline{y} \sqcap \frac{a}{f}yzd\overline{z}$ ergo erit $c\int \overline{zd\overline{y}} \sqcap \frac{a}{f}\int \overline{yzd\overline{z}}$. $\frac{cd\overline{y}}{y} \sqcap \frac{a}{f}d\overline{z}$. Ergo $c\int \frac{d\overline{y}}{y} \sqcap \frac{a}{f}z$. Est autem ni fallor $\int \frac{d\overline{y}}{y}$ semper in potestate. Res tota eo redit ut inveniamus curvam in qua redeat ordinata, fiat differentiis ordinatarum per differentias abscissarum divisis ejusque figurae quadraturam:



[*Fig. 3*]

$d\sqrt{ay} \sqcap \frac{1}{[2]\sqrt{ay}}$. Quaerendae ejusmodi figurae quarum ordinatae: $\frac{d\overline{y}}{y}$. $\frac{d\overline{y}}{y^2}$. $\frac{d\overline{y}}{y^3}$, quemadmodum eas habeo quarum ordinatae $\sqcap \frac{1}{y}$ $\frac{1}{y^2}$ $\frac{1}{y^3}$

$yd\overline{y}$. $y^2d\overline{y}$ etc. Quoniam $d\overline{y}$ potest intelligi constans $\sqcap \beta$. hinc curva in qua $\frac{\omega}{a} \sqcap \frac{d\overline{y}}{y}$ dabit $\omega y \sqcap a\beta$, quae foret hyperbola. Nam figura ergo in qua $\frac{d\overline{y}}{y} \sqcap z$. est hyperbola, quomodocunque explices y. at si y explices per φ^2, fiet $d\overline{y} \sqcap 2\varphi$ et $\frac{2\varphi}{\varphi^2} \sqcap \frac{2}{\varphi}$. Jam $[c]\int \frac{d\overline{y}}{y} \sqcap \frac{a}{f}z$. ergo $\frac{fc}{a}\int \frac{\overline{1}}{y} \sqcap z$. quae est ad logarithmicam.

---

12 f. *Daneben:* $\frac{\omega}{a} \sqcap \frac{d\overline{y}}{y}$

1 constans. *(1)* porro PS *(2)* Ergo *L* 9 per | abscissas *ändert Hrsg.* | divisis *L*

Ita solvimus omnia problemata methodi tangentium inversae quae extant in tomo 3. Epistolarum Cartesii quorum unum solvit ipse ut ait pag. 460. Epist. 79 Tom. 3. sed solutio non extat; alterum solvere tentavit, sed non potuit, fassus irregularem esse lineam et descriptione utendum esse, quae utique non est in humana potestate; imo nec angelica nisi aliunde constet ars describendi.

2 ut ... 3. *erg. L*   3 alterum *(1)* solvit *(2)* solvere *(a)* non *(b)* tentavit *L*

1–5 Ita ... describendi: vgl. *LQK* prop. XLVI S. 107.   2 unum: DESCARTES, *Lettres*, Bd 3, 1667, S. 460 (*DO* IV S. 229 f.).   3 alterum: vermutlich *a. a. O.*, S. 412–415 (*DO* II S. 514–517). Leibniz entgeht, dass es sich um alternative Fassungen der 2. Debeauneschen Aufgabe handelt.

91. SOLUTIO PROBLEMATIS CARTESII INVERSARUM
[Juli 1676]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 XIII 1 Bl. 226. 1 Ausschnitt von max. 20,8 x 4,7 cm. 11 Z. auf Bl. 226 r° und 10 Z. auf Bl. 226 v°. Auf Bl. 226 r° oben links Überschrift von N. 93 irrtümlich ergänzt und mit Strich abgetrennt. Bl. 226 bildete ursprünglich zusammen mit N. 90, 92 und 93 sowie VII, 3 N. 42 einen Teil eines Bog. 2°.
Cc 2, Nr. 1484

Datierungsgründe: Das Stück wurde nach dem auf Juli 1676 datierten N. 90 und vor N. 92 und 93 auf dem Träger notiert.

Notabile quod $d\overline{\frac{x^2}{2}}$ semper $\sqcap x d\overline{x}$. Et ita similia possunt fieri[,] aliquando enim ista erunt utilia, ut ad deprimendum, ut si sit $d\overline{\frac{x^2}{2}} \sqcap yxd\overline{x} + yd\overline{x}$. Inde fieri poterit $xd\overline{x} \sqcap xyd\overline{x} + yd\overline{x}$ seu $y \sqcap \frac{x}{x+1}$ sive $\frac{x^2}{2} \sqcap \int \overline{yxd\overline{x}} + \int \overline{yd\overline{x}}$ seu curva in qua momentum ex axe additum areae aequatur semiquadrato abscissae, quam figuram ope hujus artificii invenio esse hyperbolam.

Cartesii problema inversarum, a Beaunio propositum reducitur ad hanc: $d\overline{x}y - xd\overline{x} \overset{(1)}{\sqcap} d\overline{y}n$. seu summam sumendo: $\int \overline{yd\overline{x}} - \boxed{\int \overline{xd\overline{x}}}\,\frac{x^2}{2} \overset{(2)}{\sqcap} \boxed{\int \overline{d\overline{y}n}}\,ny$. Multiplicando aeq. 1 per y. fit: rursus $y^2d\overline{x} - xyd\overline{x} \overset{(3)}{\sqcap} ynd\overline{y}$ seu $\int \overline{y^2d\overline{x}} - \int \overline{xyd\overline{x}} \overset{(4)}{\sqcap} n\frac{y^2}{2}$. Rursus multiplicando 1 per x. fiet $yxd\overline{x} - x^2d\overline{x} \overset{(5)}{\sqcap} nxd\overline{y}$ et summamus $\int xyd\overline{x} - \frac{x^3}{3} \overset{(6)}{\sqcap} n\int xd\overline{y}$. Hinc jam video problema esse in potestate. Ope trium aequationum 2. 4. 6. reducuntur enim omnia ad tres incognitas[:] aream; momentum ex vertice, momentum ex basi, pro quibus tres habentur aequationes. Nam $\int \overline{y^2d\overline{x}}$ est momentum ex AC. $\int \overline{xyd\overline{x}}$ est mo-

15 Cartesii ... propositum: s. N. 90 S. 599 Z. 18 – S. 600 Z. 3. 21 momentum ex AC: s. N. 90 Fig. 1 S. 599 Z. 23.

mentum ex vertice[,] $\int\overline{xd\bar{y}}$ est areae complementum[,] $\int\overline{xyd\bar{x}}$ bis habetur ex 4. et 6. Ergo $\frac{x^3}{3}+n\int\overline{xd\bar{y}} \overset{(7)}{\sqcap} \int\overline{y^2d\bar{x}}-\frac{ny^2}{2}$. et $\int\overline{y^2d\bar{x}} \overset{(8)}{\sqcap} \frac{x^3}{3}+n\int\overline{xd\bar{y}}+n\frac{y^2}{2}$. Jam $\int\overline{yd\bar{x}} \overset{(9)}{\sqcap} xy \ddagger \int\overline{xd\bar{y}}$ (aliquando $\int\overline{yd\bar{x}} \sqcap \int\overline{xd\bar{y}}$). Pro $\int yd\bar{x}$ ponendo ejus valorem ex aeq. 2 fiet $+\frac{x^2}{2}+ny \overset{(10)}{\sqcap} xy \ddagger \int\overline{xd\bar{y}}$. adeoque $n\int\overline{xd\bar{y}} \sqcap \ddagger nxy \dagger \frac{nx^2}{2} \dagger n^2y \sqcap \int\overline{xyd\bar{x}}-\frac{x^3}{3}$ et $\int\overline{xyd\bar{x}} \sqcap \ddagger nxy \dagger \frac{nx^2}{2} \dagger n^2y+\frac{x^3}{3} \sqcap n\int\overline{xd\bar{y}}+\frac{x^3}{3}$. Ut brevius agam res reducitur ad aequationes [duas] (nam ipsa 4 inutilis.) ubi prius compendii causa $\int\overline{yd\bar{x}}$ vocabo (12) an (ab area) $\int xd\bar{y}$ vocabo (13) cn a complemento et $\int\overline{xyd\bar{x}}$ vocabo (14) mn^2 a momento: Ex 2. fit: $na \overset{(15)}{\sqcap} ny+\frac{x^2}{2}$. et ex 6. fit $n^2m-\frac{x^3}{3} \overset{(16)}{\sqcap} n^2c$ denique ex generali natura curvarum fit: $xy \overset{(17)}{\sqcap} \ddagger na \ddagger nc$. Ergo $na \overset{(18)}{\sqcap} \dagger nc \ddagger xy$ et per 15 $n^2c \overset{(19)}{\sqcap} \ddagger nxy \dagger n^2y \dagger \frac{nx^2}{2}$. Sed jam video quod res est posse quidem hinc haberi valorem ipsorum, m. n. a. etc. sed non posse ex his solis haberi aequationem in qua nulla harum extet. Videtur ergo adhuc una ejusmodi haberi posse aequatio: 15 multiplicetur per $d\bar{x}$ fit: $nad\bar{x} \overset{(20)}{\sqcap} nyd\bar{x}+\frac{x^2}{2}d\bar{x}$ et $n\int\overline{ad\bar{x}} \overset{(21)}{\sqcap} n\int\overline{yd\bar{x}}+\frac{x^3}{6}$. Est autem $\int ad\bar{x}$ seu summa summarum idem cum $\int\overline{xyd\bar{x}}$ (certis casibus) aliquo noto detracto vel addito[,] scribamus ergo $\int\overline{ad\bar{x}} \overset{(22)}{\sqcap} \int\overline{xyd\bar{x}}+pn^2$. Ergo $n\int\overline{xyd\bar{x}} \overset{(23)}{\sqcap} n\int\overline{yd\bar{x}}+\frac{x^3}{6}-pn^2$ seu $n^2m \overset{(24)}{\sqcap} n^2a+\frac{x^3}{6}-pn^2$. Ergo n^2a. substituendo valorem ex aeq. 15 fit $n^2m \overset{(25)}{\sqcap} n^2y+\frac{nx^2}{2}+\frac{x^3}{6}-pn^2$ quem valorem ipsius

2 $+n\frac{y^2}{2}$. *(1)* $\overset{(9)}{\sqcap} \int\overline{xyd\bar{x}}+n\frac{y^2}{2}$ redit aequatio prior 6. *(2)* jam *L* 5 f. res *(1)* ad duas *(2)* reducitur ad aeqvationes | has *gestr.* | (nam *L*

6 (12): Die Gleichungsnummerierung springt von (10) auf (12). 13 $\int\overline{xyd\bar{x}}$: Richtig wäre $-\int\overline{xyd\bar{x}}$. Leibniz rechnet konsequent weiter; das Versehen hat keinen Einfluss auf die allgemeine Überlegung. 14 $\int\overline{ad\bar{x}}$: Es müsste $n\int\overline{ad\bar{x}}$ lauten; Leibniz rechnet ab Gl. (24) wieder mit dem richtigen Vorfaktor weiter.

n^2m inserendo in aeq. 16 fit $n^2c \overset{(26)}{\sqcap} n^2y + \frac{nx^2}{2} \boxed{+\frac{x^3}{6}} - \frac{x^3}{36} - pn^2$. Quem valorem inserendo in aeq. 19. seu duos n^2c valores aequando fiet: $\ddagger nxy \dagger n^2y \dagger \frac{nx^2}{2} \sqcap n^2y + \frac{nx^2}{2} - \frac{x^3}{6} - pn^2$. ubi p. continet in se x. et y. noto quodam modo et determinato (duplici forte aut triplici ex quibus eligendum) secundum naturam curvarum generalem. Solutum ergo a me est unius horae spatio problema, quod Geometras primarios frustra exercuit, et ipsi Cartesio difficillimum visum est.

5 qvod *(1)* doctissimos *(2)* Geometras *(a)* omnes frust *(b)* primarios *L*

5 Geometras primarios: Leibniz bezieht sich möglicherweise auf Descartes' Anspielungen auf Roberval, Fermat und Beaugrand in seinem Brief von Juni (?) 1645, *Lettres*, Bd 3, 1667, S. 460 (*DO* II S. 230).

92. VIA PROBANDAE IMPOSSIBILITATIS QUADRATURARUM
[Juli 1676]

Überlieferung: *L* Notiz: LH 35 V 6 Bl. 8. 1 Ausschnitt von max. 20,8 x 4,9 cm. 11 Z. auf Bl. 8 r°. Bl. 8 v° leer. Bl. 8 bildete ursprünglich mit N. 90, 91 und 93 sowie VII, 3 N. 42 einen Teil eines Bog. 2°.
Cc 2, Nr. 1247

Datierungsgründe: Das Stück wurde nach N. 90, dat. Juli 1676, und N. 91 und vor N. 93 auf dem Träger notiert.

V i a p r o b a n d a e i m p o s s i b i l i t a t i s q u a d r a t u r a r u m etiam singularum ut circuli totius. Si $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{35}$ $\frac{1}{99}$ etc. seu seriei $\frac{1}{y^2-1}$ (posito y certo modo) haberi non potest summa; nimirum enumerando determinari potest an summa haberi possit talium serierum, videndum an summa seriei rationalis semper rationalis. Hinc et ad caeteros casus dabitur progressus: ut $\frac{x^1}{1}+\frac{x^2}{2}+\frac{x^3}{3}+\frac{x^4}{4}$. an haberi possit in numero posita x minore quam 1. vel r. Debebit enim etiam series ista esse alterius seriei analyticae exprimabilis differentia. Itaque res huc redit ut serierum quarundam[,] quarum aequatio hoc modo transcendens seu vadit de aequatione in aequationem[,] quaeramus summas, ut $\frac{x^m}{m}$ series est quae etiam differentias habet, atque ita serierum quoque transcendentium in numeris quaerendae differentiae. Curvae ab hujusmodi seriebus etiam fiunt, etsi videantur esse finitae earum summae; prorsus ut logarithmica curva fit ex progressione Geometrica, et hoc modo tangentium, differentiarum[,] summarum inventio etiam ad has porrigetur curvas.

17 habet, *(1)* ita serie omnes eiusmodi possibiles *(2)* atqve ita *(a)* aeqvationum *(b)* serierum *L*
18 numeris | (eodem modo et serierum ab ipsis) *gestr.* | qvaerendae *L*

93. CALCULUS DIFFERENTIALIS TRANSCENDENS
[Juli 1676]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 V 10 Bl. 2. 1 Ausschnitt von max. 21,0 x 7,3 cm. Untere Schnittkante unregelmäßig. 2 S. Textverlauf Bl. 2 v°, 2 r°. Überschrift irrtümlich oben links auf LH 35 XII 1 Bl. 226 (N. 91). Bl. 2 bildete ursprünglich mit N. 90, 91 und 92 sowie VII, 3 N. 42 einen Teil eines Bog. 2°.
Cc 2, Nr. 1483 B

Datierungsgründe: Das Stück wurde nach N. 90, dat. Juli 1676, N. 91 und N. 92 auf dem Träger notiert.

Calculus differentialis transcendens

Videndum an Methodus tangentium Cartesii applicabilis ad Curvas Transcendentes; sit aequatio $x^3 + cz^2x^2 + fz^2x + g^3 \sqcap 0$. Sit aequatio determinanda ad duas radices aequales. Videndum an si forte sumatur $x^2 - 2ex + e^2 \sqcap 0$ multiplicetur per formulam arbitrariam $mx + nz^2$ quae si comparari posset priori utique haberetur tangens eodem calculo. Alia adhuc via: licebitne in se ducere $x + z - e \sqcap 0$ et postea multiplicare per formulam quo datae fiat similis, ac comparare. Sed dubito quoniam z potest continere x^2. x^3, aliaque. Quo casu verum esset nihilominus tamen aequationem $x^3 + cz^2x^2$ etc. habere duas radices aequales, sed revera plures habebit aequales quam duas nam aeq. $x + z - e \sqcap 0$ plurium potest esse radicum, quarum unaquaque bis est radix aequationis $x^3 + cz^2x^2$ etc. atque ita in nostra potestate efficeret in curva data ut circulus idem in pluribus locis curvam tangat. Cum tamen id sit determinata, si tamen aequatio $x+z-e \sqcap 0$ ubi $z \sqcap x^2$. x^3 etc. omnes praeter unam haberet radices imaginarias, cessaret ista difficultas, sed nec ita video, nam nec illud in potestate, ut idem circulus tangat curvam in pluribus punctis imaginarie. Fortasse tamen, videndum quid si fortasse uti liceat methodo Slusii quem plures arbitrariae non morantur.

Quoniam mea referendi methodo infinitae haberi possunt expressiones ejusdem curvae; hinc idem fieri poterit etiam in curva transcendente referendo modo ordinatas par-

10 Calculus ... transcendens *erg. L* 11 tangentium *erg. L* 26 mea | ordinatas *gestr.* | referendi *L*

11 Cartesii: R. Descartes, *Geometria*, 1659, *DGS* I S. 43–45. 25 Slusii: R.-Fr. de Sluse, *Philosophical Transactions* VII Nr. 90 vom 20./30. Januar 1672/73, S. 5143–5147 sowie VIII Nr. 95 vom 23. Juni/3. Juli 1673, S. 6059.

allelas ad abscissas, modo ordinatas convergentes ad abscissas, modo ordinatas convergentes inter se, modo ordinatas parallelas inter se scilicet (ex diversis axibus), modo ordinatas parallelas ad ordinatas convergentes, modo contra. Et si res sumatur generalissima, ut ordinatae convergentes referantur ad alias convergentes, quia parallelae ordinatae sub convergentibus possunt contineri, imo et abscissae, habebitur generalissima relatio possibilis de curva, in qua plures arbitrariae. Et ope harum arbitrariarum effici saepe poterit ut conferri possit aequatio curvae ita formata, ut maximum vel minimum comprehendat, cum arbitraria eadem indeterminatas x. z. continente facta ex formulae mutatione per $x^2 - 2xe + e^2$. Et facile ista poterunt examinari; investigando tangentem alio modo scilicet per differentias.

Video jam potuisse etiam sine x, fieri $z - \omega \sqcap 0$ et in se duci, scribique $z^2 - 2\omega z + \omega^2 \sqcap 0$, eamque formulam multiplicari ex x et z. compositam, productumque datae comparari. Quae comparatio si absolvi potest, habebitur hoc modo utique tangens. Notandum quoniam hoc modo in calculum non intrat specialis natura ipsius z. hinc talis tangentis inventio erit infinitis simul communis curvis, qualiscunque scilicet quantitas sumatur pro z. finita scilicet vel infinita. Et hoc etiam pro geometricis utile ad universalia. Si comparatio non succedat videndum an succedere possit mutata relatione (forte mutatio relationis nihil hic praestare potest) vel si nec hoc succedat, mutata litera z. vel x. aliaque substituta. Sed pro x. dubito. Pro z hoc modo alia potest substitui, ut si z. sit arcus circuli, substituatur alia ut v, quae sit ordinata summae sinuum ad axem applicatorum, quae utique dari potest ex data z vel contra, adhibita ipsa x. et mutabitur formula. Nota forte dum his artibus diversis modis inveniri potest tangens, poterit aequatio inveniri diversa, seu tangens diversimode expressa, in quibusdam scilicet figuris ejus rei capacibus, et habebitur quadratura. Sed ista exemplis tractanda.

2 scilicet (*(1)* ad diversa puncta *(2)* ex *L*

94. DIFFERENTIAE CONVERGENTIUM
[Ende Juni – August 1676]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 XIII 1 Bl. 229. 1 Streifen von 5,4 x 21,0 cm, unregelmäßig beschnitten. 16 Z. auf Bl. 229 r°. Auf Bl. 229 v° gestrichenes Fragment einer Vorstufe zu Cc 2, Nr. 1429. Bl. 229 bildete ursprünglich den mittleren Teil eines Bl. 2°; der obere bzw. untere Teil bestand aus LH 35 VIII 30 Bl. 13 u. LH 35 II 1 Bl. 127 (Cc 2, Nr. 1547 u. 1429; Druck in späteren Bänden der Reihe).
Cc 2, Nr. 1550

Datierungsgründe: Das Wasserzeichen des Papiers ist für den Zeitraum Januar bis August 1676 belegt. N. 94 dürfte kurz vor der auf dem ursprünglichen Bl. 2° darunter geschriebenen Cc 2, Nr. 1429 sowie deren gestrichener Vorstufe auf der Rückseite entstanden sein. Der in Cc 2, Nr. 1429 formulierte Satz zur näherungsweisen Berechnung des Kreisbogens (vgl. *LQK* prop. L S. 116–118) ist nach der entsprechenden Aussage in Cc 2, Nr. 1460, dat. 29. Juni 1676, anzusetzen.

Differentiae convergentium

Ex puncto dato B ponantur infinitae duci rectae ad curvam, eaeque arithmetice proportionales. Erunt differentiae ipsarum $F(D)$ $(F)((D))$ quadratice proportionales et chordae DF erunt arithmetice proportionales. Sed jam video angulos $(D)BD$ variare pro natura curvae, adeoque et rectas $P(D)$. Posset tamen videri, quis ita pro curvis fiat calculus: ut quaeratur $P(F)$. Erit $B(D) \sqcap x$. $(D)P \sqcap \alpha$. $x^2 - \alpha^2 \sqcap PB^2$ et $PB \sqcap \sqrt{x^2-\alpha^2}$. et $(F)P \sqcap x - \sqrt{x^2-\alpha^2}$. Auferatur ejus quad. ab $(F)(D)^2 \sqcap \dfrac{x^2\beta^2}{c^2}$. fiet $-\,2x^2 + \alpha^2 + 2x\sqrt{x^2-\alpha^2} + \dfrac{\beta^2x^2}{c^2} \sqcap (D)P^2 \sqcap \alpha^2$. Unde $-2x^2 + \dfrac{\beta^2x^2}{c^2}$, $\boxed{2} \sqcap 4x^4 - 4x^2\alpha^2$, sive

14 *Darunter:* Error est quia ipsae FD non crescunt arithmetice, sed varie pro natura curvae.

14 Differentiae convergentium *erg. L* 21 $+\alpha^2$ | $-\,2\mathrm{x}\sqrt{\mathrm{x}^2-\alpha^2} + \dfrac{\beta\mathrm{x}^2}{\mathrm{c}^2} \sqcap \mathrm{DP}^2$ *ändert Hrsg.* | $\sqcap \alpha^2$ *L*

16 f. Erunt ... proportionales: Beide Aussagen treffen nicht zu und führen zu einem Widerspruch. Leibniz erkennt nachträglich den Fehler in der zweiten Aussage.



[*Fig. 1*]

$\boxed{4x^4} - \frac{4x^4\beta^2}{c^2} + \frac{\beta^4 x^4}{c^4} \sqcap \boxed{4x^4} - 4x^2\alpha^2$ et rejecto ubi β^4. fiet $\alpha \sqcap \frac{x\beta}{c}$. Ergo ipsae α. erunt arithmetice proportionales, ergo et ipsae $(F)P$. Jam $(F)((D))$ sunt quadratice, ergo $P((D))$ sunt arithmetice et quadratice proportionalium, quorum quadrata si addentur quadratis $P(D)$ arithmetice proportionalium, dant $(D)((D))$ elementum curvae, ergo semper eodem modo quod non capio.

1 *Fig. 1*: Eine zerschnittene und vom Text überschriebene Vorstufe der Figur wird nicht wiedergegeben.

95. DE CIRCULI DIFFERENTIIS ET DESCRIPTIONIBUS
[März – August 1676]

Überlieferung: *L* Notiz: LH 35 II 1 Bl. 275. 1 L-förmiger Abschnitt bestehend aus einem Streifen von ca 21,5 x max. 3,5 cm und einem Streifen von max. 1,4 x 8 cm. 5 Z. auf Bl. 275 r°. Bl. 275 v° leer. Bl. 275 bildete ursprünglich mit VII, 3 N. 67 sowie LH 35 II 1 Bl. 178 (Cc 2, Nr. 00; Druck in einem späteren Band der Reihe) einen Teil eines Bog. 2°. Cc 2, Nr. 860

Datierungsgründe: Das Wasserzeichen ist für den Zeitraum März bis August 1676 belegt. Aufgrund der inhaltlichen Nähe und der Ähnlichkeit der beiden Gesprächsaufzeichnungen mit Tschirnhaus VII, 3 N. 67 und VII, 3 N. 68, dat. August 1676, in Tinte und Duktus könnte N. 95 im August entstanden sein.



[*Fig. 1*]

$\sqrt{a^2-x^2} - \sqrt{a^2-x^2+2\beta x} \sqcap \omega$. $\sqrt{a^2-x^2} - \omega \sqcap \sqrt{a^2-x^2+2\beta x}$, vel $\boxed{a^2-x^2} - 2\omega\sqrt{a^2-x^2}\ \boxed{+\omega^2} \sqcap \boxed{a^2-x^2} + 2\beta x$ et $\dfrac{\omega}{\beta} \sqcap \dfrac{x}{\sqrt{a^2-x^2}}$. $\dfrac{\omega}{x} \sqcap \dfrac{\beta}{\sqrt{a+x, a-x}}$.

On pourroit examiner omnes modos quibus Circulus describi potes⟨t⟩, variorum motuum compositione, ex variis circuli relationibus ad varias abscissas et ordinatas, convergentes et parallelas.

13–15 $\sqcap \dfrac{\beta}{\sqrt{\mathrm{a+x, a-x}}}$ *(1)* vel $\sqrt{2\mathrm{ax}-\mathrm{x}^2} - \sqrt{2\mathrm{ax}-2}$ *(2)* V⟨ous⟩ po *(3)* On *L*

15 *Fig. 1*: Das Fragment einer zerschnittenen Vorstufe der Figur wird nicht wiedergegeben.

96. CALCULUS TANGENTIUM DIFFERENTIALIS
November 1676

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 V 12 Bl. 3–4. 1 Bog. 4°. 3 S. auf Bl. 3 r°–4 r° mit Seitenzählung pag. 1, pag. 2, pag. 3. Auf Bl. 4 v° Aufzeichnung zu einem algebraischen Instrument (Druck in einem späteren Band der Reihe). — Gedr.: 1. *LBG*, 1899, S. 229–231 (tlw. = Z. 9 – S. 615 Z. 13); 2. (engl. Übers. von 1.) Child, *Early mathematical manuscripts*, 1920, S. 124–127; 3. Hess, *Vorgeschichte der Nova Methodus*, 1986, S. 86–92.
Cc 2, Nr. 00

Novemb. 1676

Calculus Tangentium differentialis

$$d\overline{x} \sqcap 1 \qquad d\overline{x^2} \sqcap 2x \qquad d\overline{x^3} \sqcap 3x^2 \qquad \text{etc.}$$
$$d\overline{\frac{1}{x}} \sqcap -\frac{1}{x^2} \qquad d\overline{\frac{1}{x^2}} \sqcap -\frac{2}{x^3} \qquad d\overline{\frac{1}{x^3}} \sqcap -\frac{3}{x^4} \qquad \text{etc.}$$
$$d\overline{\sqrt{x}} \sqcap \frac{1}{[2]\sqrt{x}} \qquad \text{etc.}$$

Ex his colligitur regula generalis haec pro differentiis ac summis simplicium potestatum

---

10 adjecta sub finem Machina construendi aequationes per Logarithmicam

Darunter, vorher geschrieben: Pag. 3. signum # est optima methodus pro spatiis ad curvas reducendis.



Paucis $AB \sqcap x$. $BC \sqcap y$. $DE \sqcap d\overline{x}$. $DC \sqcap d\overline{y}$. $EC \sqcap z$. $z \sqcap \sqrt{d\overline{x}^2 + d\overline{y}^2}$. Ergo $x \sqcap \int \sqrt{z^2 - d\overline{y}^2}$[,] $y \sqcap \int \sqrt{z^2 - d\overline{x}^2}$: datur autem relatio ipsarum z. ad x vel ad y. Ergo valore ipsius x vel y pro arbitrio ad alium relato, quaeri potest modus inveniendi x ex y vel y ex x.

10 Calculus ... differentialis *erg. L* 12 $d\overline{\frac{1}{x^3}} \sqcap | -\frac{3}{x^2}$ *ändert Hrsg.* | etc *L* 19 ad *(1)* rectas *(2)* curvas *L* 21 autem *(1)* progressio *(2)* relatio *L* 23 modus *(1)* metiendi curvam *(2)* inveniendi *L*

---

18 Pag. 3. signum # : s. Zusatz S. 617 Z. 14 – S. 618 Z. 13.

$$d\overline{x^e} \sqcap e, x^{e-1} \text{ et contra } \int \overline{x^e} \sqcap \frac{x^{e+1}}{e+1}.$$

Unde $d\overline{\frac{1}{x^2}}$ seu $d,\overline{x^{-2}}$ erit $-2x^{-3}$ seu $-\frac{2}{x^3}$ et $d\sqrt{x}$ seu $d,\overline{x^{\frac{1}{2}}}$ erit $\boxed{\frac{1}{2}-1}-\frac{1}{2}x^{-\frac{1}{2}}$ seu $-\frac{1}{2}\sqrt{\frac{1}{x}}$.

Sit $y \sqcap x^2$. et erit $d\overline{y} \sqcap \boxed{+x^2} + 2xd\overline{x} + \boxed{d\overline{x}^2,}\boxed{-x^2}$. Ergo: $\frac{d\overline{y}}{d\overline{x}} \sqcap 2x$. Quae ratiocinatio est generalis, nec refert quae sit progressio ipsarum x. Eodemque modo generalis regula ita stabit: $\frac{d\overline{x^e}}{d\overline{x}} \sqcap e, x^{e-1}$ et vicissim $\int \overline{x^e d\overline{x}} \sqcap \frac{x^{e+1}}{e+1}$.

Sit aequatio quaelibet, v.g. $ay^2 + byx + cx^2 + f^2x + g^2y + h^3 \sqcap 0$ et pro y scribendo $y + d\overline{y}$, ac pro x similiter $x + d\overline{x}$, fiet omissis omittendis alia aequatio:

$$\begin{array}{l}
ay^2 + \quad byx + \quad cx^2 + \quad f^2x + \quad g^2y + h^3 \sqcap 0 \\
\hline
\left.\begin{array}{l} a2d\overline{y}y + \quad byd\overline{x} + 2cxd\overline{x} + f^2d\overline{x} + g^2d\overline{y} \\ \qquad + \quad bxd\overline{y} \end{array}\right\} \sqcap 0 \\
\hline
\left. ad\overline{y}^2 + bd\overline{x}d\overline{y} + \quad cd\overline{x}^2 \right| \sqcap \quad \boxed{0}
\end{array}$$

---

8 *Am Rande:* Alterutra ex his $d\overline{x}$ vel $d\overline{y}$ pro arbitrio explicari potest, adhibita aequatione nova, et alterutra harum $d\overline{x}$ vel $d\overline{y}$ sublata, et x scilicet vel y aliter per quamlibet explicando. Verum non puto id esse, quia catalogus omnium curvarum quadrabilium prodire debet, alterutram sumendo constantem.

9–12 *Am Rande:* Praeclara haec observatio est ad calculum meum differentiarum. Si sit $b,\overline{yd\overline{x} + xd\overline{y}}$ + etc. $\sqcap$ 0 fore $b\overline{yx} + \int\overline{\text{etc.}}$ $\sqcap$ 0 et ita de caeteris. Videndum quid de h^3 faciendum. Ad istos calculos melius faciendos poterit aequatio $ay^2{+}byx{+}cx^2$ etc. transmutari in aliam alia curvae relatione, et comparabitur proveniens, alio differentiarum calculo, cum eo quod per istum prodiit.

3 f. $-\frac{1}{2}\sqrt{\frac{1}{\mathrm{x}}}$ *(1)* Sit $\dagger\mathrm{y}^2 \ddagger \boxed{2}\ \overline{\mathrm{y}+\beta} \sqcap$ z. seu $\dagger\mathrm{y}^2 \ddagger \mathrm{y}^2 \ddagger 2\mathrm{y}\beta \ddagger \beta^2$ *(2)* Sit *L*

---

3 $-\frac{1}{2}\sqrt{\frac{1}{x}}$: Richtig wäre $+\frac{1}{2\sqrt{x}}$. 8 aequatio: Die in der dritten Gleichung wiedergegebene Beziehung zwischen den Produkten der Größen dx und dy, die Leibniz durch erneutes Ersetzen von x und y durch $x + dx$ bzw. $y + dy$ gewonnen hat, ist nicht korrekt.

Quae est regulae a Slusio publicatae origo. Eam vero ita in infinitum amplificabimus: sint literae quotcunque; et ex iis composita formula, verbi gratia ex literis tribus sit formula:

$$ay^2 \quad bx^2 \quad cz^2 \quad fyx \quad gyz \quad hxz \quad ly \quad mx \quad nz \quad p \sqcap 0.$$

Unde fiet alia aequatio:

$$\begin{array}{cccccccccc|}
ay^2 & bx^2 & cz^{[2]} & fyx & \text{simi-} & \text{simi-} & ly & mx & \text{simi-} & p \\
\hline
2ad\overline{y}y & 2bd\overline{x}x & 2cd\overline{z}z & fyd\overline{x} & \text{liter} & \text{liter} & ld\overline{y} & md\overline{x} & \text{liter} & \\
 & & & fxd\overline{y} & . & . & & & & \\
\cline{1-6}
ad\overline{y}^2 & bd\overline{x}^2 & [c]d\overline{z}^2 & fd\overline{x}d\overline{y} & . & . & & & &
\end{array}$$

Unde patet eadem methodo haberi tangentia superficierum plana, et alioqui, nihil referre an non ipsae literae x. y. z. aliquam habeant cognitam relationem, ea enim postea substitui potest.

Hinc praeclare serviet eadem methodus; etsi compositae fractiones aut irrationales calculum ingrediantur, nec opus est earum tollendarum causa caetera exaltari, cum potius ipsarum differentiae separatim inveniri ac substitui possint; deinde cum methodus tangentium publicata non nisi tunc procedat, cum ordinatae parallelae sunt, ista et ad convergentes et alias quascunque, imo illas quoque relationes accomodari potest, quae sunt ordinatarum ad curvarum portiones aut in quibus angulus ordinatarum certa lege mutatur. Caeterum speciatim operae pretium erit rem ad irrationales ac fractiones compositas accomodare. Ut $d\overline{\sqrt[2]{a+bz+cz^2}}$, ponatur $a+bz+cz^2 \sqcap x$ et $\dfrac{d\overline{\sqrt[2]{x}}}{d\overline{x}} \sqcap -\dfrac{1}{2\sqrt{x}}$. Jam $\dfrac{d\overline{x}}{d\overline{z}} \sqcap b+2cz$ ergo $d\overline{\sqrt[2]{a+bz+cz^2}} \sqcap -\dfrac{b+2cz}{2d\overline{z},\sqrt{a+bz+cz^2}}$.

Sumta aequatione duarum literarum x. y pro curva, et determinata aequatione ad tangentes, tolli potest alterutra ipsarum x. et y. ita ut restet altera tantum una cum $d\overline{x}$ et $d\overline{y}$. quod per omnes casus calculari operae pretium est.

18 mutatur. | Unde nihil generalius vel fingi potest. *gestr.* | Caeterum *L*

---

1 Slusio: s. Sluses Tangentenbrief in den *Philosophical Transactions* VII Nr. 90 vom 20./30. Januar 1672/1673 S. 5143–47 (Nachtrag in VIII Nr. 95 vom 23. Juni/3. Juli 1673 S. 6059). 19 $\dfrac{d\overline{\sqrt[2]{x}}}{d\overline{x}} \sqcap -\dfrac{1}{2\sqrt{x}}$: Leibniz übernimmt das falsche Vorzeichen von S. 613 Z. 3. Zudem notiert er im folgenden Ausdruck für $d\sqrt{a+bz+cz^2}$ die Größe dz im Nenner statt im Zähler.

Datis tribus literis, ut $x.\ y.\ z.$ et val⟨or⟩e ipsius $d\overline{z}$ ope ipsius $x.$ vel $y.$ (: vel etiam utriusque :) expresso, habebitur denique aequatio tangentium, in qua erit etiam tantum alterutra harum $x.$ et y et duae $d\overline{y}$, $d\overline{x}$; aliquando et ipsa z non poterit tolli. Hoc etiam per omnes casus assumti valoris ipsius $d\overline{z}$ deduci potest, eodem modo plures adhuc literae assumi possunt: Et conjunctis in unum calculis universalibus omnibus, universalissimus ex ipsis fiet.



[*Fig. 1*]

Caeterum assumtio plurimarum literarum usum habere potest ad methodi tangentium inversae problemata ope quadraturarum solvenda ut si propositum sit problema solvere, in quo summa rectarum CB, BP sit data seu $y + \dfrac{yd\overline{y}}{d\overline{x}} \sqcap xy$ fiet $d\overline{x} + d\overline{y} \sqcap xd\overline{x}$ seu $x + y \sqcap \dfrac{x^2}{2}$. Ita habemus curvam in qua summa earum $CB + BP$ (in constantem r) aequatur rectangulo ABC.

$$yd\overline{y} + yd\overline{x} \sqcap \frac{yd\overline{x}}{1+y}.\ \text{seu}\ y + x \sqcap \int \frac{1}{1+y} d\overline{x}\ \text{sive}\ x \sqcap \int \overline{\frac{1}{1+y}} d\overline{x}\ [\textit{bricht ab}]$$

$$d\overline{y} + d\overline{x} \sqcap \frac{1}{1+y} d\overline{x}\ \text{seu}\ \frac{d\overline{y}}{d\overline{x}} + 1 \sqcap \frac{1}{1+y}\ \text{seu}\ \frac{d\overline{x}}{d\overline{y}} \sqcap \frac{1}{\dfrac{1}{1+y} - 1} \sqcap \frac{1+y}{-y}\ \text{seu}\ -x \sqcap \int \overline{\frac{1}{y}} + y.$$

$yd\overline{y} + yd\overline{x} \sqcap zd\overline{x}$. Fiet: $yd\overline{y} \sqcap zd\overline{x} - yd\overline{x}$. vel fiet: $\dfrac{yd\overline{y}}{z-y} \sqcap d\overline{x}$. vel $x \sqcap \displaystyle\int \overline{\frac{yd\overline{y}}{z-y}}$. Et pro $z.$ posito ejus valore ex dato y reductum erit problema ad quadraturas. Sed si sit z data ex data x tunc ex datis quadraturis dabitur $\overline{zd\overline{x}}$: Ergo fiet $\dfrac{y^2}{2} + \int \overline{yd\overline{x}} \sqcap \int \overline{zd\overline{x}}$.

Nota si curva explicaretur hoc modo ut non certa aliqua detur vel ordinatae vel abscissae natura differentiarum, sed ut fiat semper differentia unius aequalis differentiae alterius proximae, fiet $2y \sqcap$ dato z.

3 aliqvando ... tolli. *erg. L* 15 $\mathrm{d\overline{y} + d\overline{x}} \sqcap$ ... seu *(1)* $\displaystyle\int \overline{\frac{\mathrm{dy}}{\mathrm{dx}}} \sqcap$ *(2)* | $\displaystyle\int \frac{1}{\mathrm{d\overline{x}}} \sqcap \int \overline{\frac{1}{1+\mathrm{y}}} - \mathrm{y}$ *streicht Hrsg.* | *(3)* $\dfrac{\mathrm{dx}}{\mathrm{d\overline{y}}} \sqcap \ldots \displaystyle\int \overline{\frac{1}{\mathrm{y}}} + \mathrm{y}$ *erg. L*

12 constantem r: Leibniz rechnet mit $r = 1$.

$d\overline{x}^2y^2 + y^2d\overline{y}^2 \sqcap z^2d\overline{x}^2$. Fiet $y \sqcap \dfrac{zd\overline{x}}{\sqrt{d\overline{x}^2 + d\overline{y}^2}}$. ubi posito z dari.

$\sqrt{d\overline{x}^2 + d\overline{y}^2} \sqcap \dfrac{zd\overline{x}}{a}$. Fiet $d\overline{x}^2 + d\overline{y}^2 \sqcap \dfrac{z^2d\overline{x}^2}{a^2}$ ponendo z dari ex data x. Scribe $2d\overline{x}d\overline{y} + d\overline{x}^2 + d\overline{y}^2 \sqcap \dfrac{z^2}{a^2}d\overline{x}^2 + 2d\overline{x}d\overline{y}$ seu $d\overline{y} + d\overline{x} \sqcap \sqrt{\dfrac{z^2}{a^2}d\overline{x}^2 + 2d\overline{x}d\overline{y}}$.

Ut ista tractari possint ubi $d\overline{x}^2$, vel $d\overline{y}^2$ et similia, ut $d\overline{x}d\overline{y}$, quoniam illa ex simplici inventione differentiarum duci non possunt, fieri possunt variae aequationes simplices differentiales, eaeque multiplicatae per $d\overline{x}$ vel $d\overline{y}$ aut eorum potentias componi inter se ad inveniendas aequationes novas.

